LII

Del Colegio de la Comp.ª de Jesus de Granada

# FEDERICI IAMOTII MEDICI BETHVNIENSIS

## VARIA POEMATA Græca & Latina.

HYMNI. ODÆ.
IDYLLIA. EPIGRAMMATA.
FVNERA. ANAGRAMMATA.




ANTVERPIÆ,
Ex officina Plantiniana,
Apud Viduam, & Ioannem Moretum.
M. D. XCIII.

M. del Colegio de la Comp. de Jesus de Granada

# FEDERICI IAMOTII MEDICI BETHVNIENSIS

## VARIA POEMATA Græca & Latina.

HYMNI. ODÆ.
IDYLLIA. EPIGRAMMATA.
FVNERA. ANAGRAMMATA.




ANTVERPIÆ,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Viduam, & Ioannem Moretum.
M. D. XCIII.

# ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΕΚΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΝ ΚΩΜΑΡΧΗΝ ΚΑΡΟΛΟΝ ΤΟΝ ΑΙΧΜΩΝΔΑΝΟΝ

ΦΕΔΕΡΙΚΟΥ ΙΑΜΩΤΙΟΥ ΙΑΤΡΟΥ
ΒΗΘΟΥΝΑΙΟΥ ΑΝΑΓΡΑΜΜΑ
ΑΙΧΜΩΝΔΑ
ΑΙΧΜΑΝΔΩ
ΚΑΡΟΛΟΣ Ο ΑΙΧΜΩΝΔΑΝΟΣ
ΜΩΣΑΝ ΟΙΚΟΣ ΧΑΡΑ Δ'ΟΛΟΝ.

ΑΙΧΜΑΝΔΩ κλυτὸν ΑΙΧΜΩΝΔΑ πέλει, αἴκ' ἀναγράψῃς.
Μάτηρ αἰχματᾶν ἐγ[illegible]όσιν·
Κύδιμον ἄτ' αἴθησεν ἀνικάτου κλέος αἰχμᾶς,
Δάιον ἐκ πάτρας ὕβριν ἐλαυνομένα·
Μάρτις ὁ πατροπάτωρ: μάρτυς περιφερέστατος ἀνδρῶν
Χὠ γενέτας, Φλανδρῶν ὄμμα ποθεινότατον·
Νίκας ὃς πτερύγεσσι πάλαι ταχιναῖσιν ἀερθεὶς,
Εὐχλοερῷ δάφνᾳ δὶς στεφανώσε κόμαν.
Μάρτυς Ἰβηριακᾶς πρόμος ἁγητήρ τε φάλαγγος,
Ἄρτι παρὰ Δρυΐδαις, σύγγονος ἱπποσόας·
Ὅς τ' ἀφόβῳ κεφαλᾷ μεσάταν ἀνὰ δῆριν ὀρούσας,
Ἄορι καὶ γυμνῷ πάντοσε ὀρνύμενος.
Ἂν νέκυας θ' ἑτάροισι γεφυρώσας ἅμα νόστον,
Καὶ πέδον αἱμάξας ἀντιπάλοισι φοναῖς,
Κάππεσεν. ὡς δόλιος κῦδος Ἄρεος Ἀμφηρίστου;
Φείδεται ταρβαλέων, δρέπεται θαρσαλέων.

Ἀλλά



# AD ILLVSTRISS. COMITEM CAROLVM ÆCHMVNDANVM,

FEDERICI IAMOTII MEDICI
BETHVNIENSIS ANAGRAMMA
ÆCHMONDA
HASTARVM DOMVS
CAROLVS ÆCHMVNDANVS,
MVSARVM DOMVS ATQVE OMNINO VOLVPTAS.

HASTARVM domus Æchmonda eſt, ſi nomen in omen
Verteris, haſtatis fœta parens Ducibus.
Scilicet inuictæ cui gloria floruit haſtæ,
Hoſtica dum patriis ſubmouet arma focis.
Teſtis auus: teſtis (quo non præſtantior alter)
Ipſe Parens, Flandri carus ocellus agri:
Præpete qui palmæ ſublatus ad æthera penna,
Bis viridi Lauru tempora cinxit ouans.
Teſtis & Hiſpanæ princeps ductorque Phalangis,
Nuper apud Druidas Frater equûm domitor:
Qui capite intrepido medium dum fertur in agmen
Strenuus, & ſtricto quolibet enſe ruit:
Dum ſociis reducem per denſa cadauera pontem
Sternit, & hoſtili ſtrage cruentat humum,
Occubat. Heu, creperi ſic fallax alea Martis
Temperat ignauis, pignerat impauidos.



Nec

Ἀλλὰ καὶ ὡς γένος ὑμὸν ἀγαυὸς, φαίδιμον αἰχμᾷ,
Τέχνας καὶ τεχνᾶν ἄμφεπεν ἐμπεράμους.
Μάρτυς ἐγὼ πολέεσσι, πολέες μοι μάρτυρες ἄνδρες,
Οἷά τε μουσοπόλοις, ὅσσα τε δῶκε γέρα.
Καὶ σὺ δ' πατρῴοισιν ἐν ἴχνεσι τὸν πόδα νείμας
Κάρολε, θαρσεάντων ἔκγονος ἀρχεδικᾶν,
Στυγνὸν ἐποπτεύεις μοισέων χορὸν, ᾇ κε δυναίο,
Ἀφθονίαν δώρων ταῖσι χαριζόμενος.
Κασταλίδων ἀπὸ ἐσμὸς ἐς ὕστερον αἰὲν ἀείσει,
Αἰδίου λάθας μή τι νέφος κατέχῃ.
Πολλά κεν ἀπύοι σε, χορῷ Φοίβοιο μεμαλὼς
Μόσχος, ἐριβρεμέταν ὕμνον εὐκλαδέων·
Πλάκτρῳ τ' ἠχήεντι κλυτὴν φόρμιγγα διώκων,
Καὶ τεὸν ἀντείνοι κῦδος ἀειρόμενος.
Σμικρὸς ἐγὼν ἰσχνὴν ἀνάγων φρενὸς ἔκτοθε μολπὴν,
Σὴν χάριν αὐδάσω λεπταλέοις ἔπεσιν.
Οἷά τε δαιδαλθέντα φέρω διδύμαισιν ὁμοκλαῖς,
Τίν τ' ἐνέπω Μωσᾶν ἱερὰ γραφέντα πατρί.
Εἰ δ' ἐναριθμήσαιο φίλοις ὁμάδοισιν ἀοιδῶν,
Τάξιος ἐσχατιὴν καὶ σφίσι κεινάμενος:
ΜΩΣΑΝ ΟΙΚΟΣ ἔοι κε ΧΑΡΑ Δ' ΟΛΟΝ ἁ σέθεν αὐλὰ,
Ὡς ἐννυαιομένα Πιερίδων ἀρόταις.

AD



Nec minùs, hæc cùm ſit veſtræ laus bellica gentis,
Illa bonas artes fouit, & artifices.
Mille mihi teſtes, teſtiſque ego millibus vnus,
Quę dederit doctis quantaque dona viris.
Tuque adeò inſiſtens veſtigia clara tuorum,
Carole, magnanimis edite principibus,
Reſpicis & triſtes hac tempeſtate Camœnas,
Et variis auges, quà pote, muneribus.
Caſtalidum quæ turba canet: ne obliteret ætas
Ventura, & cæca nube perennè premat.
Sæpius altiſono te carmine compellabit
Moſchus, Apollinei maxima cura gregis:
Ille tuas laudes plectro maiore poëta
Concinet, ille tuum tollet ad aſtra decus;
Paruus ego exiles expromam pectore cantus;
Et tua deducta carmina voce canam.
Qualia dono tibi duplici variata ſonore,
Et quaſi Muſarum dico, dicoque Patri.
Tu modò ſi dulci Muſæo reddita cœtu,
Claſſis in extremæ parte locanda putes.
Muſarum domus, & Muſarum ſola voluptas,
Hæc tua dicetur vatibus aula frequens.



FEDE-

## AD D. FEDERICVM IAMOTIVM MEDICVM, ET POETAM VTRAQVE LINGVA PRÆSTANTISSIMVM.

DIDITA *per varias, Federice, poëmata genteis,*
*Et iam doctorum trita diu manibus,*
*Singula quæ cari adſeruant donata ſodales,*
*Ceu quoddam alternæ pignus amicitiæ,*
*Adſere cuncta ſimul, collectaque corpus in vnum,*
*Publica iure tuo vindicis eſſe iube.*
*Munere priuatos aucto reparabis amicos,*
*Gratiaque à doctis omnibus ampla manet.*
*Hæc ſaltem grauioris erunt præludia Muſæ,*
*Dircæo Solymus dum cygnus ore tonet.*
*Nec leuia hæc ſpernet* CARLI *fauor* HAECMVNDANI
*Ni leue, quod ſacrum ſpirat, habere nefas.*

AND. HOI. Brug.



# FEDERICI IAMOTII MEDICI BETHVNIENSIS HYMNI.

## AD ILLVSTRISSIMVM COMITEM CAROLVM ÆCHMONDANVM, AERIENSIS ECCLESIÆ ANTISTITEM.

HÆC *ego Ieſſiada, Graio mihi condita verſu,*
*Sacra tibi ſacro, qui ſacra ritè colis.*
*Tu placido vultu confectum carmine munus*
*Excipe, tu grata,* CAROLE, *ſume manu.*
*Sic tua longinquum celebretur fama per orbem,*
*Sic tuus inuita morte perennet honos.*

# ΨΑΛΜΟΥ ΠΡΩΤΟΥ
## ΠΑΡΑΦΡΑΣΙΣ.

ΟΣ ποτε δυσσεβέων οὐκ ἄφρονα δύσατο βουλήν,
Οὐ σφαλερὴν ἐπάτησεν ἀταρπιτὸν, οὐδὲ θοώκοις
Οὐλομένοις ἐκάθισε θεοστυγέων ἀνθρώπων,
Οὐδὲ ποτ' ἀγρομένοισιν ἐφωμίλησεν ἀλήταις,
Ἀλλὰ θεόσδοτον αἰὲν ἐφ' ἡμέρῃ ἠδ' ἐπὶ νυκτὶ
Θεσμοσύνην ἐφύλαξεν, ἑῷ τ' ἐνικάτθετο θυμῷ
Βουλῆς εὐαγέεσσι, μάκαρ μάκαρ οὗτος ἀκούει.
Οἷον δ' εὐύδροισι παρ' ἠιόνεσσι ῥεέθρων
Δένδρεα τηλεθάοντα φέρει πολυανθέας ὄζους
Φύλλοις εὐχλοεροῖσι βεβριθότας, ἠδὲ καὶ ἡδὺν
Καρπὸν ἀναλδαίνει, πετάλων χάειν ὐδέπι ῥίπτει.
Τοῖον ἄρ' εὐσεβέων γένος ἔσσεται, ὅσσα δὲ ῥέξει,
Αἰεί τ' ἀνθάλλοντα καὶ ὄλβια πάντα τελέσσει.
Οὐχ οὕτω μερόπων ἀσεβὲς θάλος, ἄμμορον ἔργων
Θεσπεσίων, ἀθέμιστον, ἀτασθαλίην ἀγαπάζον·
Αὐτὰρ ἀελλήεντι κονισσάλῳ ἐστὶν ὁμοῖον,
Τὸν λαῖλαψ ἐκέδασσε βαρυπνείοντος ἀήτεω.
Εὖτε μὲν ἂψ κύδιστος ἄναξ, πάντεσσιν ἀνάσσων,
Ἵξεται ὀψικέλευθος, ἀγάννιφον αἰθέρα λείπων,
Ὄφρα πολυπλαγχθέντας ἁμαρτάδος ἄνδρας ἐλέγχῃ,
Οὐδ' ὅτ' ἰθυδίκαισι μεμίξεται ἐσμὸς ἀλιτρῶν,
Οὐδὲ ἑ δυσσεβέων ἑταρίσσεται εὔφρονι βουλῇ.
Βουλὴν γὰρ δεδάηκεν ἀμεμφέα κοίρανος ἐσθλῶν,
Καὶ τούτων δεδάηκεν ἀταρπιτόν. οἷσι δὲ μοῦνον
Σχέτλιά τ' ἔργα μέμηλε καὶ ἀσεβίη κακοεργός,
Τοῖσι κακῶς ἀπόλοιτο κακὴ καὶ ἀτάσθαλος ὁρμή.





# PSALMI PRIMI PARAPHRASIS,
## Andrea Hoio Brugenſi Interprete.

*QVI neque ſacrilegûm inſanis ſe cœtibus infert,*
*Nec fallax inſiſtit iter, nec ſede reſidit*
*Peſtifera, oſorum numen cæleſte, virorum:*
*Nec ſe peccantûm permiſcet congrege vulgo:*
*Sed latas auctore Deo noctu vſque diuq́;*
*Leges ſeruat, eaſq́; ſua ſub mente reponit,*
*Propoſiti pius; hic felix ter & amplius audit.*
*Qualis ad irriguas vndanti flumine ripas*
*Luxurioſa arbos fert, florida brachia, ramos*
*Fronde grauiſcenteis viridi, quæ mitia frugum*
*Munera progignit, foliis nec deicit honorem:*
*Tale erit & diuûm reuerens genus. omnia cœpta*
*Et ſemper peraget rediuiua, & proſpera ſemper.*
*Non ita ſtirps ſcelerata hominum: cæleſtium inanes*
*Factorum, exleges, atq; improbitatis amici:*
*Pulueris inſtar erunt, rapti illudente procella,*
*Quem vortex grauiter ſpirantis diſiicit auræ.*
*Ergo vbi Rex ſplendore cluens, atq; omnia torquens*
*Numine, ſerò redux veniet, linquetq́; niuoſum*
*Æthera, vti ſceleris homines, tot caſibus actos,*
*Arguat; haud miſta ſtabit turba impia rectis,*
*Nec ſtabit ſanctorum hilari ſociata choreæ.*
*Senſa Deus nouit iuſtorum, expertia fraudis:*
*Nouit iter rectum eorundem. quibus improba tantùm*
*Curæ ſunt opera, impietaſq́; magiſtra malorum,*
*His ſimul, & vis, & malè iniqua lubido peribit.*

## ΨΑΛΜΟΥ ΕΚΤΟΥ

### ΠΑΡΑΦΡΑΣΙΣ.

Παμμέδων ὑψίθρονε λίσσομαί σε,
Μή μ' ἀτύσδῃ σοῦ βαρύθυμος ὀργὰ,
Μή με σοῦ δριμεῖα χολὰ δαμάσδῃ
Τλάμονα θυμόν.
Ἀλλ' ἐμὶν μάλ' ἀδρανέοντι φέρφρων
Ἵλαθ' ὦ ποιμήν. τό, τε γὰρ δεδύκει
Σῶμα δειλαῖον, χαλεπά τε νόσος
Τ' ὀστέα τάκει,
Καὶ κατασμύχει κραδίαν. τὺ δ' ὦ 'ναξ
Ἄχρι τοῦ λείψεις ἀνίαις δαμέντα;
Ἐλθέ μοι, καὶ νῦν κρυερᾶν ἀφ' ἄδα
Ῥίπτε πυλάων.
Αἴ γαρ εἰς ἄδαν λελαθόντα βαίνω,
Πῶς κεν ἀμνάμων ποταείσομαί τοι;
Πῶς τὺ τὰν νυκτὸς διαδὺς ὀμίχλαν
Τὤνομα μελψῶ;
Στέρνα πάννυχος βαρυεῦντα κόπτω,
Κὰδ δ' ὕδωρ θερμὸν χέεται βρεχόντων
Ὀμμάτων μου. δακρυόεντι δ' ὄμβρῳ
Νήχεται εὐνά.
Ὄσσε δ' ἀμβλώπτοντί μοι ἐκ μεριμνᾶν,
Καὶ γέλως ἐχθρῶν ἀλλάταξεν ἶνας,
Σαρκατ' ἀκμαίαν, καὶ ἐς ὀστέον με
Ἄχρις ἴαψεν.
Ὦ ἴθ' ἐντεῦθεν κακόχαρτος ἴλα.
Τᾶς ἐμᾶς αὐδᾶς θεὸς εἰσάκουσεν,

Εἰσά-



## PSALMI SEXTI PARAPHRASIS,

### Eodem Interprete.

*Omnium Rex, altithrone, obſecro te,*
*Ne ſtupefactum grauis ira turbet:*
*Neu mihi confecta domes acerbo*
*Corda furore.*
*Sis mihi lubens vehementer ægro,*
*Sis bonus, paſtor: penetrat miſellum*
*Vis mali in pectus, tenuataq; oſſa*
*Tabe liqueſcunt.*
*Morbus exurit mihi cor. Sed ô Rex*
*Uſque quò curis domitum relinques?*
*Iam veni, me nunc gelidis ab orci*
*Eripe portis.*
*Namq; lethæum ſubiturus orcum,*
*Immemor, quî te memorem canendo?*
*Quî tuum nomen celebrem, tenebris*
*Noctis opertus?*
*Anxium pernox mihi tundo pectus:*
*Et tepens ros è madidis ocellis*
*Defluit: largoq; cubile fletus*
*Pernatat imbre.*
*Luminum curis hebetantur orbes:*
*Hoſtium riſus ſoluit vigorem*
*Carnis, atq; artus: & ad ima me vſque*
*Perculit oſſa.*
*Hinc, malis adſueta, cohors faceſſe:*
*Iam meas hauſit Deus aure voces:*



*Hauſit*

Εἰσάκουσεν ἀθλία τὸς στεναγμῶν,
Εὔγμασι νόων.
Ὄφρα δυσμενέες ἕλοι αἶσχος, ὅσοι
Τὰν ἐμὰν ψυχὰν μεμάασ' ὀλέσαι.
Αἶψα δ' ἐξίκοιντο φυγόντες αἰδοῖ
Τηλόθεν ἁμῶν.

## ΨΑΛΜΟΥ ΔΥΟΚΑΙΔΕΚΑΤΟΥ

### ΠΑΡΑΦΡΑΣΙΣ.

Ενθὲ μάκαρ μάκαρ ἔνθε, καὶ ὡς τάχος ἄμμιν ὀπήδει.
Πίστις ἐπεὶ θνατῶν λειψαμένα δάπεδον
Ὤχετο, χ' ἁ χείρων μεροπηΐδος ἅψατο βωλὰ
Τᾶς φρενός. ἀλλάλοις λυγρὰ νοεῦντι βροτοὶ,
Αἱμύλα κωτίλλοντες ἑῷ ἀπατανόρι μύθῳ.
Ὀλλύσθω γλωσσᾶν σμῆνος ἀμετροεπές.
Χ' ὡ θεὺς ἰοβόλον καὶ ἀγάνορα λαιμὸν ἀμάτω,
Ὅσσοι τ' ἀλλάλοις ὧδε λέγοντι κακοὶ,
Δεῦτε κ' ἐθισδώμεσθα δολοπλόκον ὅρκον ὀμόσσην.
Μύστακας ἁμείων τίς γὰρ ἔχει πέζαι;
Αὐτὰρ ὁ παμμεδέων κεχολωμένος ἄφρονι βωλᾷ
Ἔστα, καὶ φωνὰν ἔκλυε τειρομένων,
Κῆφα, ῥυσεῦμαι τὸν ἀμύμονα δᾶμον ἀμέμπτων,
Καὶ τήνως ὀλοῶν ἐξελάσω παλαμᾶν.
Ὣς φάμενος κατένευσε. τὸ δ' ἐντελὲς οὐκ ἐπινεύσῃ
Ὤναξ, καὶ χρυσῶ πολὺ φαεινότερον,
Χρυσῶ παμφανόωντος, ὃν ἑπτάκις ἑψαμένα φλὸξ
Τάκει, μέσφ' ἁ τρὺξ ἐς σποδὸν ἐτράπετο.

Ουκῶν



*Hauſit æternus Deus aure fletus,*
*Vota ſecundans.*
*Hoſtium vt repens rubor ora tingat,*
*Qui meæ neces animæ pararant:*
*Hinc procul nobis pudefacta vertant*
*Terga fugaces.*

## PSALMI XII. PARAPHRASIS.

### Eodem Interprete.

S ANCTE *veni, mox ſancte veni, comes addere nobis*
*Se deſerta hominum iam ſtatione fides*
*Proripuit: ſenſuſq; rapit mortalia corda*
*Degener: & ſpirant mutuum in exitium,*
*Mendaci inter ſe blandum licet ore ſuſurrent.*
*Linguarum examen futile diſpereat.*
*Grandiloquas Deus & viroſas demete fauces,*
*Qui nequam inter ſe talia dicta ferunt:*
*Plexa dolis, age, ſueſcamus periuria fari.*
*Quis labiis noſtris ponere frena pote?*
*Amentum iratus conatibus omnipotens Rex,*
*Stans, & dura-ferentum aure trahens gemitus*
*Reſtituam populum, culpaq; & fraude carentem*
*Illum, ait, impuris eripiam è manibus.*
*Annuit hæc fatus. quod Rex cunq; annuerit, fas*
*Confieri, atq; auri lumine ſplendidius,*
*Auri luciuomi, quod ſeptima flamma recoctum*
*Colliquat, in cineres dum improba fæx abeat.*

 *Reſpice*

Οὐκ ὦν ἀμείων, πανεπίσκοπε, δῶτορ ἐάων,
Κάδδυ, κ' ἐξ ἀδίκων κλῆρον ἅπαντα σάω.
Δὴ γὰρ μυρία λυγρὰ, κατ' ἀνθρώπους ἀλάληται,
Πάντα τ' ἀναιδείας ἔμπλεα, καὶ κακίας.
Ὡς ἄνομοι σκολιαῖσι δίκαις κρίνοντι θέμιστας,
Δείδιε δ' ἀχεράστων χρηστὸς ἐφαμοσύναν.

## ΨΑΛΜΟΥ ΠΕΝΤΕΚΑΙΔΕΚΑΤΟΥ

### ΠΑΡΑΦΡΑΣΙΣ.

Τίς ἐστιν, ὦ θεός μου,
Σκηνὴν ὁ σὴν κατοικῶν,
Ὄρος κλυτόν τε ναίων;
Ἀνὴρ βίον δίκαιος,
Ἀνὴρ φρένας τ' ἄχραντος:
Τ' ἀληθὲς ὃς διώκει,
Τὸ ψεῦδες ὃς μεταίρει:
Ὃς μήδεται μὲν αἶσχος
Οὐδὲν φίλοις ἑταίροις:
Ὃς μήδεται δ' ὄνειδος
Οὐδὲν φίλοις θυραίοις.
Μισεῖ δ' ἀλιτρὸν ἄνδρα,
Δολορραφῆ θ' ὅμιλον.
Καὶ τὸν Θεὸν γεραίρει,
Θεοῦ φίλους γεραίρων,
Φεύγων ἄπιστον ὅρκον,
Τόκου τε κέρδος αἰσχρόν.
Βλάπτει δ' ἀθῷον οὐδὲν

Δώροις



*Reſpice nos, bona qui dignis q[...] omnia ſeruas:*
*Sortem omnem ex iniuſta aſſere peſte hominum.*
*Nam facies ſcelerum graſſantur mille per orbem:*
*Omnia plena probris, omnia plena malis.*
*Iudicia obliquo ſic iure exercet iniquus,*
*Et ſcelerata bonus pallet ad imperia.*

## PSALMI XV. PARAPHRASIS.

### Eodem Interprete.

QVIS *eſt? quis, ô Deus mi,*
*Tuam colit tabernam?*
*Montemq́ habet celebrem?*
*Vita vir æquus omni,*
*Vir mente purus omni:*
*Qui vera ſemper vrget,*
*Qui falſa ſemper horret:*
*Nullúmque machinatur*
*Caro probrum ſodali:*
*Nec proximi minatur*
*Famæ notas amici.*
*Odit virum ſceleſtum*
*Cætúmque fraudulentum.*
*Deumq́ honorat, eius*
*Mactans honore amicos.*
*Periurium refugit,*
*Lucróque turpe fœnus:*
*Nec lædit innocentem*

*Iudex*

Δώροις δίκην δικάζων.
Ὅστις τάδ' ἐκτελέσσει,
Οὐκ ἄν ποτ' ἀστατήσοι.

## ΨΑΛΜΟΥ ΕΚΑΤΟΣΤΟΥ ΤΕΤΑΡΤΟΥ.

### ΠΑΡΑΦΡΑΣΙΣ.

Σοῦ μάκαρ ἀείδω σοφίης ἐριφεγγέα δόξαν.
Πόσσον ἐπ' ἀνθρώποισι πόθον κλέος, ὦ ἄνα, σεῖο;
Ἦρα νύ τοι σὲ πέριξ χρυσόπτερος ἔστεφε τιμὴ,
Καὶ φάος ἀμφεχύθης πολυδαίδαλον ἠΰτε πέπλον.
Σοὶ μὲν ἀπηώρητο κατήρεφος ἀντὶ καλύπτρης
Ἐκτάδιοι κλισίαι πολυδειράδος οὐλύμποιο,
Καὶ καμάρῃ πεπύκαστο κατειγυάλῳ χυτὸν ὕδωρ.
Σοὶ δὲ καὶ ἐμβεβαῶτι θοῶν πτερύγεσσιν ἀήτεων
Πυρσοὶ δμῶες ἕπονται ὁμοῦ καὶ δμωΐδες αὖραι,
Ὄφρα τεῇς ὀπίεσσιν ἐφημοσύνῃσι πίθωνται.
Γαῖα δ' ἀκινήτοισιν ἐπεμβεβαυῖα θεμέθλοις
Ἀκλινὲς ἀνδυνάτοισιν ἐρήρεισται παλάμῃσι,
Γαῖα πάλαι χαροποῖσι κατακλυσθεῖσα ῥεέθροις,
Οἷά τε φάρεϊ γλαυκῷ ὀρέων ὕπερ ἀμφιτεθέντι.
Αὐτὰρ ἐπεὶ σέο δεινὸν ἀνεβρόντησεν ἰωή,
Αὔρη τ' ἐσμαράγησε βαρυπνείοντι κεραυνῷ,
Ἠρέμεες τ' ἀνέβησαν ὀρειάδες ἀκρώρειαι,
Ἠρέμεες κατέβησαν ἀμορβαῖοί τε χαράδραι,
Καὶ γλαφυροὺς αὐλῶνας ἐδύσατο δειμαλέος ῥοῦς.
Οὐδέ κεν, ὡς τὸ πάροιθεν, εὐσταθέεσσι πεδηθεὶς
Τέρμασιν ἐγχριμφθέντα παραΐξειεν ὁρισμόν,

Ταρ-



*Iudex adulter auro.*
*Hæc quiſquis exequetur,*
*Immotus vſque ſtabit.*

## PSALMI CIIII. PARAPHRASIS.

### Eodem Interprete.

*TE Pater alme cano, ſophiaq; illuſtris honores.*
*Quanta tibi, Rex, maieſtas, tibi quanta per orbem*
*Vndiq; te pinna decor auricolore coronat,*
*Et circum lux artifici quaſi fundit amictu:*
*Hinc ſuſpenſa, vicem veli ſublimè crepantis,*
*Porrigis excelſi latè tentoria cæli:*
*Hinc curua ſtipas teſtudine liquida aquarum.*
*Ac leuibus ventorum inſeſſor dum vehis alis,*
*Apparent famuliq; ignes, auræq; miniſtra,*
*Aſsidui, præcepta alacres vt ſacra faceſſant.*
*Immotis tellus inſidens molibus, ipſo*
*Pondere ſuſtentata, manu ſtabilita potenti eſt.*
*Cæruleis tellus latè obruta fluctibus olim,*
*Glauca quaſi extentos obducant carbaſa monteis.*
*At ſimul horrendum intonuit vox grandis, & aura*
*Fulminis inſonuit grauiter-crepitante tonitru;*
*Paulatim adſurgunt ſublato vertice montes,*
*Paulatim obſcuro ſubſidunt æquore valles.*
*Inſinuat trepidansq; reductis lympha lacunis:*
*Nec, bene firmatis nunc illa coërcita metis,*
*Auſit præfixos, vt quondam, erumpere fines:*

C Et

Ταρβήσας μὴ πάλιν τὸ δεύτερον οἶδματος αἶα
Χειμερίῃ νήχοιτο κατακρυφθεῖσα θυέλλῃ.
Ναὶ μὴν καὶ ποταμοὺς δονακώδεας αἱ κατὰ πέτρης
Πίδακες ἐμπλήθουσι, καὶ ἀρδεύουσιν ἀρούρας,
Ἔνθεν ὅπως παύσειεν ἀολλέα πώεα δίψαν,
Ὅσσα νομὸν λάσιον καταβόσκεται, οἵτε νάουσιν
Ἠλιβάτοις πέτρῃσι δυσέμβατον ἄλσος ὄναγροι.
Ἔνθα καὶ ἠερόεσσαν ἐπιστείβοντες ἀταρπὸν
Οἰωνοὶ πτερόεντες ἀνὰ χλοεροῖσιν ὀράμνοις
Φωνῇ θελξινόῳ σφετέρας κλείουσι καλιάς,
Καὶ λιγυροῖς θέλγουσι γόοις ἐπιήρατον ὕλην.
Αἰθερίων κύδιστε, σύ τ' οὔρεα μακρὰ κορεῖς
Νέκταρος οὐρανίοιο, καὶ εἰν ἑνὶ καρπὸν ἀέξεις,
Καρπὸν ἐπιχθονίοισι φερέσβιον, αὐτίκα χόρτον
Ἡμιόνοις, λάχανον δὲ καὶ ἀνδράσιν ἀλφηστῇσι,
Σιώτε μυελὸν θάλποντα βροτήϊον ὄμπνιον ἀκτήν,
Σιώτε φρένας θέλγοντα κατηφέας αἴθοπα οἶνον,
Σιώτε θέαν τέρποντα, μελίφρονα καρπὸν ἐλαίης.
Πᾶσι δέ τοι γόνιμον νοτίην ἐμφράξαο δένδροις,
Καὶ λίβανον θυόεντα κατέστεφες οὐρεῖ κέδρῳ,
Νήδυμον ὀρνίθεσσι διηερίοισι καλιήν.
Θήκαο δ' ἀκροπόλους ἐλάτας δολιχοῖσι πελαργοῖς
Οἰκίσκους, ἀπτῆνας ἵνα θρέψωσι νεοσσούς,
Δειμαλέαις κεμάδεσσιν ἀν' οὔρεα ναιετάουσι
Ἄξυλα, καὶ τρηχέσσιν ἀτειρέα πέτρον ἐχίνοις.
Νῦν δὲ καὶ ἄστατον εἶδος ἀειγνήτοιο σελήνης
Καινίζεις κατὰ καιρόν, ἀπ' ἀντολίης τ' ἐπὶ δυσμὰς
Ἠελίου φαέθοντος ἄγεις τερψίμβροτον αἴγλην.

Καὶ



*Et metuat, ne fors iterum refluentibus vndis*
*Hiberniſq; natet tellus obmerſa procellis.*
*Quin calamis prætexta, cadens de rupibus, auget*
*Flumina fons, plenuſq; arentia temperat arua:*
*Vnde ſitim conferta leuent armenta, gregeſq;,*
*Paſcua quæ tondent ſiluis horrentia; quiq;*
*Abruptis habitant onagri nemora inuia ſaxis.*
*Hic etiam aërij tranſmittunt tramitis auras*
*Pennigeræ volucres, atq; in viridantibus vmbris*
*Ramorum, ſua flexamina loca voce celebrant,*
*Et grata argutis permulcent rura querelis.*
*Maxime cælicolum, latos tu nectare colles*
*Ætherio ſaturas: ſimul auges ſemina frugum,*
*Semina terricolis vitalia. & herbea mulis*
*Pabula alis, veſcumq; viris olus ærumnoſis:*
*Farraq; quæ reparent hominum cerealia vireis,*
*Vinaq; quæ recreent triſtes nigrardida menteis,*
*Quiq; hilaret vultum, melli par, fructus oliuæ.*
*Omnia vitali ſtipas plantaria ſucco.*
*Et patula libani cedro iuga odora coronas,*
*Æriuagæ volucrum proli dulciſsima tecta.*
*Abietibus celſis oblonga ciconia nidum*
*Ponit, vbi inuolucres poſsit educere fœtus.*
*Et tibi cum timidis incædua culmina ceruis,*
*Tum rigidæ hirſutis rupes habitantur echinis.*
*Nunc ſtata tu lunæ inſtabilem per tempora vultum*
*Vſque gerens, renouas: rutili nunc ſolis ab ortu*
*Ducis ad occaſum, iubar oblectabile ſolis.*


*Inde*

Καὶ πάλιν ἀνθρώποισι χέων μελανόπτερον ὄρφνην,
Ησυχίην σκέδασας ἐπὶ χθονὸς εὐνήτειραν.
Τῆμος, ἐὰν λίπῃσι μεθ' ὃν νομὸν ὠμοφάγος θὴρ,
Λείπει χηραμὰ κοῖλα. λέων δ' ὑποδηνέμος ὕλης
Εκθορέων πεδίοισιν ἐρημαίοισιν ἀλᾶται,
Αιτίζει τέ σε δεῖπνον ἑῇ βραγχώδεϊ φωνῇ.
Αλλ' ὅτε νύκτερον ἀχλὺν εὔθρονος ἤλασεν ἠὼς,
Ειλυοὺς ἐρέουσι κινώπετα, καὶ ταλαεργῶν
Εργα βοῶν νόστησε, πολυσπερέων τ' ἀνθρώπων,
Εἰσόκεν ἀντέλλῃσι βαθύσκιος ἕσπερος ἀστήρ.
Τόσσα μὲν ἰθύνεις πανεπίσκοπε πρόφρονι βουλῇ.
Ουδ' ἄρα γαῖα μόνον τὸ τεὸν σθένος, ἀλλὰ καὶ ἅλμη
Ησθετο χειμερίη, τόθι χίλιοι ἑρπυστῆρες
Ιχθύες ἀσπαίρουσι, καὶ ὁλκάδας ἀμφὶ μελαίνας
Ολκαίαις νήχονται ἀγαλλόμενοι τρομερῇσιν.
Αλλα τε μυρία πολλὰ δυσηχέος ἔνδοθεν ἅλμης
Παίγνια τεκταίνει κητέων γένος ὑγροκελεύθων.
Οσσα δὲ γαῖα φέρει φυσίζοος, ὅσσα τὲ πόντος,
Εις σε μάκαρ, λεύσσουσι κατὰ χρέος, ἠδὲ καὶ εἶδαρ
Αρμενον αἰτίζουσι. συ δ' ἄφθιτε χεῖρα πιταίνων
Εκπλήθεις ἀφενοῖο. σὺ δ' ἐκπλήθοντα χαλέπτεις
Ολβοφόρον σέθεν ὄμμα τέων ἄπο πάμπαν ἐρύκων.
Σεῦ μὲν ἀειρομένοιο βιοσσόον ἆσθμα, κονίῃ
Καρπαλίμως μινύθουσιν ἐοικότα. καρπαλίμως δὲ
Ασθμα χαριζομένοιο βιοσσόον, ἔθνεα πολλὰ
Προτροπάδην ἐπὶ γαῖαν ἀνέγρεται πουλυβοτείρην.
Ωσ ἔχοι. ἄλληκτόν τε δικασπόλος οὐρανίδῃσιν
Αινείσθω, καὶ χειρὸς ἑῆς ἔργοισι γανύσθω.





*Inde ſuperfundens atram mortalibus umbram*
*Concubiam ſpargis ſopita per arua quietem.*
*Tunc cruda linquunt laqueata, cupidine paſtus,*
*Antra feræ: ventiſq; leo pernicior, alta*
*Proſiliens ſylua, deſertis errat in aruis,*
*Et te mugitu poſcit ſua prandia rauco.*
*Pulchra ſimul noctis tenebras aurora fugarit;*
*Antra feræ repetunt: ærumnoſiſq; iuuencis*
*Et ſparſis diuerſa viris, rediere labores,*
*Veſper opaca rubens iterum dum lumina tollat.*
*Conſilio regis hæc prudenti, atq; omnia ſeruas.*
*Nec modò terra tuas vireis, ſed cærula ſtagna*
*Undiſoni ſenſêre ſalis. tot millia piſces*
*Pectoribus trepidant repentibus, & caua circum*
*Texta ratis piceæ, tremulæ læto agmine caudæ*
*Nant: & in horriſono ſexcentos æquore luſus*
*Cetorum exercet gens, uda per arua natantum.*
*Frugiferens quæ gignit humus, quæq; æquora ponti,*
*In te oculos referunt pro re, pater alme, ſuumq;*
*Te poſcunt victum dextram ſi pandis, abundè*
*Exſaturantur opum: deinde exſaturata fatiſcunt,*
*Largiferos à quoquam oculos ſi fortè retorques.*
*Vinificam indignans animam ſi tollis, aduſti*
*Mox cineris ritu imminuunt: ſi denuo reddis*
*Viuificam indulgens animam, ſubito impete ſurgunt*
*Denſa per altrices populorum examina terras.*
*Sic eat. aſsiduo cæleſtum carmine Iudex*
*Laudetur: manuumq; amet hæc monimenta ſuarum.*

Οὔ ποτε παπταίνοντος ὅλη τ' ὠρχήσατο γαῖα,
Καὶ τρομερὴν θίγοντος ἀνήρευγον οὔρεα λιγνύν.
Οὗτος ἐμοῦ ζῶντος καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο
Εὐκελάδοις μολπῆσιν ἀεὶ μεμελημένος εἴη,
Μουσῶν ὄγ' εὐμολπέεσσι καὶ ἱλάοισιν ἀκουαῖς
Ἡμετέρης δέξαιτο βοὴν παλινάγρετον εὐχῆς,
(Τῷδε ὅλος ἔγκειμαι, τῷδε φρένα τέρπομαι οἴῳ)
Ἠδ' ἄρα δυσσεβέων γενεὴ προθέλυμνος ὄλοιτο,
Καὶ γαίης ἀφέλοιντο κακῶν ὑποφήτορες ἔργων.
Ἡμεῖς δ' εὐρυόεντος ἀτέρμονα ποιμένα κόσμου
Πρόφρονες αὐδήσαιμεν ἀεὶ κλείοντες ἀοιδῆς.

## ΨΑΛΜΟΥ ΕΚΑΤΟΣΤΟΥ ΕΝΝΕΑ-ΚΑΙΔΕΚΑΤΟΥ ΠΑΡΑΦΡΑΣΙΣ.

Ὅτε δυσμενῶν φάλαγγες
Ἐπικερτομοῦσι γλώσσαις,
Δακέθυμά μοι λέγουσαι,
Τότ' ἐγὼ θεὸν βοῶμαι,
Ὅς ἐμοῦ πρόφρων ἀκούει,
Ὅς ἐμοὶ πρόφρων βοηθεῖ.
Βιοτὴν ἐμὴν ἄπειργε,
Βιοτὴν ἄναξ ἄφελκε
Στομάτων βαρυπνεόντων,
Φιλοκερτόμων τε λαιμῶν.
Τί κακηγόρος σ' ὀνήσει
Φιλολοίδορός τε γλῶσσα,
Κρατερωτέρη μὲν ἰοῦ,

Μαλε-



*Quo terra moles tota inſpectante reſultat:*
*Et montes tremulum eructant tangente vaporem.*
*Hic, mihi dum viuam, terræ dum lumina figam,*
*Semper dulciſonis mihi decantabitur hymnis.*
*Ipſe modò has voces, facili mitiſſimus aure,*
*Percipiátque precum non irrita verba mearum.*
*Totus in hunc incumbo, & mentem oblector in vno.*
*Sacrilegum pereat genus à radicibus imis,*
*Et ſcelerum vates toto impius exſulet orbe.*
*Nos autem vaſti te Rex intermine mundi*
*Effari, & celebri te carmine ferre iuuabit.*

## PSALMI CXIX. PARAPHRASIS,

### Eodem Interprete.

*Inimica cùm cohors me*
*Lacerat dicace lingua,*
*Animúmque acerba mordet,*
*Ego tunc Deum voco: qui*
*Mihíque annuit benignus,*
*Mihi fértque opem benignus,*
*Mea vita, Rex, tegatur,*
*Mea vita vindicetur,*
*Grauiter-fremente ab ore,*
*Grauiter-procace fauce.*
*Maledicta quid iuuabunt,*
*Petulans lubido linguæ?*
*Violentior ſagitta,*

*Pene-*

Μαλερωτέρη δὲ πυρσοῦ;
Ἄγαν, ὦ τάλας, συνοικῶ
Πολεμοτρεφοῦσιν ἐχθροῖς.
Στυγέω μάλιστα φιλοῦντας,
Φιλέω μάλιστα στυγοῦντας.
Μιαρώτατοι δὲ ἄνδρες,
Φιλίην ὅταν λαλήσω,
Πολέμων, φόνων πνέουσι,
Προκαλεύμενοί μ' ὀλέθρῳ.

## ΨΑΛΜΟΥ ΕΚΑΤΟΣΤΟΥ ΕΙΚΟΣΤΟΥ ΟΓΔΟΟΥ ΠΑΡΑΦΡΑΣΙΣ.

Ναὶ μάκαρ ὅστις ἄνακτος ἐφαμοσύνῃσιν ὁδὸν ἕρπει,
Δειμαίνει θ' ἅμα τῆνον, ὑπερβασίας τ' ἀλεείνει.
Ὦ θνατῶν μακαριστέ, τεῶν ἐπεὶ εἴδατα χειρῶν
Δαίσεαι. ὡς σταφυλαῖσι καλὸν βέβριθεν ἀλωά,
Ὡς τὺ γυνὰ πολύτεκνος εὔφρονα θυμὸν ἰαίνοι,
Τέκνα δ' ἐλαιοφόροισιν ἐοικότα φυταλιαῖσιν
Ιλαδὸν ἀμφιχυθέντα τεὸν στέψει τράπεζαν.
Ὃς τρομέει βασιλῆα καὶ ἄφθονα τοῖα πεπόνθοι.
Τὶν δ' ὦ 'ναξ Σιῶνος ἀπ' ὤρεος ὄλβον ὀπάσδων
Δωσεῖ πάντ' ἐπίμεστα κατὰ δρόμον εὔποδα ζωᾶς.
Ὄφρα κεν εὐθάλλοισαν ἴδῃς πόλιν Ἱεροσολύμων,
Καὶ παῖδας παίδων ἐσορῇς, καὶ τὼς Ἰσαακῶ
Εἰράνᾳ χαίροντας, ἀγαλλομένως θ' ὁμονοίᾳ.





*Penetrantiórque flamma.*
*Nimis, ah, miſellus inter*
*Peregrina verſor arma:*
*Ego Martis odi amicos,*
*Redamóque Martis hoſtes:*
*Scelerata ſed virûm gens,*
*Memini ſimul quietis,*
*Crepat arma, ſanguinémque*
*Nece me fera laceßens.*

## PSALMI CXXVIII. PARAPHRASIS,

### Eodem Interprete.

FELIX, *diuinæ graditur qui tramite legis,*
*Qui ſimul hunc timet, & contemnere iuſſa refugit.*
*Felix ante alios, manuum veſcêre tuarum*
*Fercula. maturis vt vitis onuſta racemis,*
*Sic tibi læta ferax hilarabit pectora coniunx.*
*Bacciferæ ſuboles tanquam plantaria oliuæ,*
*Circumfuſa tuam cinget denſo agmine menſam.*
*Qui Dominum timet, hæc ferat vbere præmia cornu.*
*Largus opum, è ſumma tibi Rex dabit arce Sionis*
*Omnia plena, & inoffenſam decurrere vitam:*
*Mœnia vti florere bonis Solymeïa cernas,*
*Et natos videas natorum, atq; Iſacidarum*
*Lætum pace genus, concordi fœdere ouantes.*

# ΕΙΣ ΦΡΑΓΚΙΣΚΟΝ ΜΟΣΧΟΝ

## ΘΕΟΛΟΓΟΝ ΤΕ ΚΑΙ ΠΟΙΗΤΗΝ ΕΛΛΟΓΙΜΟΝ ΠΑΡΩΔΙΑ.

Ἀδύ τι χ᾽ ὠ μόσχος γαρύεται: ἔννεπε μελώπις
  Ἀ σύριγξ μώσας πρὶν ποκα σικελίδος.
Ἀδύ τι χ᾽ ὠ Μόσχος γαρύεται, ἄνθος ἀοιδῶν,
  Χεύμασι παρ᾽ Σικελοῖς βωκολιασδόμενος.
Ἀδύ τι χ᾽ ὠ Μόσχος γαρύεται, ἄγγελος ἐσθλῶν,
  Ωρανίων, χ᾽ ὠ μὲν ἴδρις ἀκεσορίας.
Ἀδύ τι χ᾽ ὠ Μόσχος γαρύεται, Ἀτρεβατοῦσιν
  Εντίμων κάρυξ πατρὸς ἐφαμοσυνῶν:
Ἀδύ τι χ᾽ ὠ Μόσχος γαρύεται, Ἀτρεβατοῦσιν
  Αἰόλα μουσίσδων ἶσον ἀηδόνιδι.
Ὄλβιος οἰκοίης, μώσαις πεφιλαμένε Μόσχε,
  Νάματι ζειδώρῳ δίψαν ἀκειόμενος.
Ὄλβιος οἰκοίης, σοφίας ζαθέοισιν ἰάμνοις.
  Τοίαδε γαρύων, τοίαδε γαυριόων.

Τίνος δὲ τίνος δεοίμην;
Ὅτε παννέμων ὁ ποιμὴν
Ἐμὲ, μῆλον ὥς, νομεύει,
Ἐμὲ δ᾽ ἐς νομὸν κομίζει,
Πολυήρατόν τε πηγὴν,
Ἀναπαύσεως δότειραν.
Ἐμὲ δὲ τρέπων ἀλήτην
Ἀνὰ θυμερὰν ἀταρπὸν,

*Quid ego, quid expeteſſam?*
*Vbi me, bidentis inſtar,*
*Alit ille paſtor almus,*
*Ad amœna prata ducens,*
*Peramabilémque fontem*
*Requiete me leuantem.*
*Sed & in viam reducit*
*Pietatis euagantem,*

Στε-



# IN FRANCISCVM MOSCHVM

## Theologum & Poëtam inſignem Parodia.

DVLCE *canit Moſchus: prædixit carmine quondam*
  *Fatidico Muſæ fiſtula Sicelidos.*
*Dulce canit Moſchus Siculas ad fluminis vndas*
  *Flos vatum, agreſti carmina læta ſono.*
*Dulce canit Moſchus felicis nuntius æui*
  *Cælicolûm, medica clarus & ille manu.*
*Dulce canit Moſchus, nunc finibus Atrebatæis*
  *Exponens ſummi iuſſa verenda Patris.*
*Dulce canit Moſchus, nunc finibus Atrebatæis*
  *Æquiparans vario carmine luſciniam.*
*Perge diu felix, Muſis dilecte iuuence,*
  *Dulcis aquæ viuo fonte leuare ſitim.*
*Perge diu felix, Sophiæ ſacra paſcua tondens,*
  *Talibus exultim ludere verſiculis.*

## IDEM FRANCISCO MOSCHO Interprete.

MIHI quid deeſſe poſſit?
Vbi paſtor adſit almus?
Vt ouem fouere præſto, &
Viridi locare prato,
Peramab.lique fonte,
Vbi ſit quies cupita.
Reuocans procul vagantem,
Docet ire per ſacratum

 Itei,

Στερεωτάτην ὁδεύειν
Βιοτῆς ὁδὸν διδάσκει,
Αρετὴν ἵνα προφαίνῃ
Αγανήν τε καὶ γλυκεῖαν.
Οταν ὅλην σκιὴν πατήσω
Θανατηφόρου χαράδρης,
Τίνα δὴ τίνα τρομήσω
Παρέοντι σοι πεποιθώς;
Εμὲ γὰρ παρηγοροῦσι
Κορύνη τε καὶ ῥαπίς σή.
Παρέθης ἐμῇ τραπέζῃ
Πολυμηχάνοις θαλείας,
Ινα δυσμενεῖς ἰδόντες
Ατενεῖ φθόνῳ τακῶσι.
Κεφαλὴν ἐμὴν ἔτεγξας
Απαλῷ μύρων ἐλαίῳ,
Φιάλην ἐμὴν ἔτευξας
Γεγανυμένην λυαίῳ.
Εσαεὶ δὲ καὶ μεμηλὼς
Ελέει τεῷ προσηνεῖ,
Τὸ τεὸν μέλαθρον ἕξω
Ετέων ὅλων ἀμοιβαῖς.

*Solidiſsimúmque vitæ*
*Iter ingredi ſuadet:*
*Bonitatis vt ſupremæ*
*Patefiat inde numen.*
*Licet ergo vallis vmbram*
*Peragrem tenebricoſæ,*
*Quid ego quid extimeſcam*
*Mihi te fauente nixus?*
*Etenim tuum bacillum,*
*Tua virga me tuetur.*
*Oneras ſubinde menſam*
*Dapibus laborioſis,*
*Vt & hoſtis inuidendo*
*Miſerè, miſer liqueſcat.*
*Caput vnguinis tenello*
*Mihi perfricas oliuo,*
*Paterámque geſtientem*
*Mihi ſufficis Lyæo.*
*Ope quin tuæ leuatus*
*Placidæ benignitatis,*
*Superas domos habebo*
*Reuolubiles in annos.*

TO



Iter, haud morante greſſu,
Stabilemque inire vitam:
Vt aperta ſit ſuauis
Et amabilis poteſtas.
Licet in tenebricoſa
Mihi pes vacillet vmbra,
Animus metu vacabit
Ope fretus inuocata.
Baculus mihi medelæ,
Tua virgaque eſt ſaluti.
Epulis mihi parata eſt
Tua menſa plena lautis.
Id vbi vident maligni
Medij crepant veneno.
Caput hoc mihi irrigaſti
Pretioſiore myrrha,
Phialam mero fluentem
Mihi porrigis benignus.
Ego fretus hoc potente
Domino, colam beatus
Superi domos Olympi.
Vbi lux micat perennis.

 IDEM

## ΤΟ ΑΥΤΟ.

Καὶ τί κεν ἱμείροιμι; φερέσβιος αὐτ' ἐμὲ ποιμὴν
Ποιμαίνων ἅτε μῆλον, ἄγει ποτὶ πίονα χόρτον,
Καὶ νασμῷ χαρίεντι φίλην ἄμπαυσιν ὀπάζει.
Στερροτάτην μοι τῆλε παραπλαγχθέντι πορείης
Ἀτραπὸν ἀμφαίνει, καὶ ἀλώμενον ἔνθα καὶ ἔνθα
Οἶμον ἀμείψασθαί με παλινδρομέοντα βιάζει,
Ὄφρα κε μαλθακόθυμον ἑὴν ἀρετὴν ἀναφαίνῃ.
Οὐκ ἂν ἐγὼ βήσσης ὀλοφώιον ἄγκος ἱκάιων,
Οὐ πατέων σκιεροῖο λόχου μελανόπτερον, ὄρφνην,
Δειμαίνω, ζαθέῃσι τεαῖς πομπῇσι πιθήσας.
Ἦ ῥαπὶς εὐθύνει με Θεοῦ, ῥόπαλόν τε κρατύνει.
Ἐκ σέθεν ἄμμι τράπεζα καλὸν βέβριθεν ἐδωδῇ,
Τὴν φθονερῶν ποθορῶσα μαραίνεται ἠρέμα λέσχη.
Κρᾶτα μύρου θυόεντος ἐμὸν μείλιξας ἐλαίῳ,
Αἴθοπι καχλάσοντα πορὼν κρητῆρα λυαίῳ.
Ἀλλὰ καὶ ἱλάοισι Θεοῦ πραπίδεσσι πεποιθὼς
Ζήσομαι ἄμβροτος αἰεὶ, ὑπέρτατα δώματα ναίων.

AD



## IDEM CAROLO IAMOTIO Federici F. Interprete.

OPTARI *quid poſſe putem? cùm more bidentis*
*Frugiferens me Paſtor alat, cùm ad pinguia ducat*
*Paſcua, cùm placidam grato det fonte quietem.*
*Erranti procul ille mihi de tramite recto*
*Pandit iter tutum, & longè lateq; vagantem*
*Commutare viam, & curſus iterare relictos*
*Cogit, vt immenſi pateat clementia Patris.*
*Non, ſi lethiferæ ſubeam diſcrimina vallis,*
*Aut peragrem denſam nigræ caliginis vmbram,*
*Terrear, aſpirante tuo mihi numine tutus.*
*Nempe Dei me virga regit, fulcitq; bacillum.*
*Tu menſam dapibus cumulas: quas inuida turba*
*Dum ſpectat, lenta paulatim tabe liqueſcit.*
*Tu caput vnguenti mulces fragrantis oliuo:*
*Poculaq; ardenti miſces ſpumantia Baccho.*
*Quin & ſupremi nixus bonitate Parentis,*
*Sedibus in ſuperis æterno perfruar æuo.*

CAR-

# AD FRANCISCVM MOSCHVM.

MOSCHVS *adeſt, nobis reducem ſors proſperà ſiſtit,*
*Qui procul ingratam pellat amaritiem,*
*Spinoſáſq; graui deducat pectore curas,*
*Queis externatur ſaucia mens animi.*
*Jrrita non leuibus liquit promiſſa procellis,*
*Sed mihi vel largo munere diſſoluit.*
*Nota fides, & firma viri conſtantia, notum*
*Ingenium rerum cognitione ſagax:*
*Notus & hiberno torrentior eloquij fons*
*Flumine, qui præceps feruido ab ore ruit,*

*Seu

## ΕΙΔΟΣ ΠΙΝΔΑΡΙΚΟΝ

Στροφὴ α. κώλων ια.

ΙΣΤΩ σαφανὲς ἀστεραβῆ
Πυργὸν ἱρῶν, ὀρθοβούλοις
Ἐλπίσιν εἴ τις ὑποστάσει Θεὸν
Κίονα δαιμονίαν. εἰ
Χαλκόγλυφον σφετέρων δόμων ἐρείσεις
Ἄγκυραν χειᾷ μέδοντος
Ὑψιτίμου, κυμάτεσσι
Θαρσέων ἀλύξοι
Λάβροις, ἀκινδυνόντε Θεῷ πίσυνος
Αἰῶνα πέσσων, ἀντίτεινε
Παμφόρων ῥιπαῖσιν αὐρᾶν.

Ἀντι-



*Seu lubeat ſpiſſæ moderari frena coronæ,*
*Seu dulces fœtus promere Caſtalidum.*
*His ego nominibus magnum & memorabile nomen*
*Moſche tuum ſaxo Muſa loquatur anus:*
*Et prius ætherij Solis nitor obſcuretur,*
*Cedantq; extinctis ſidera luminibus,*
*Gurgite quàm lethæo & cæca nocte tegatur*
*Hoc ſtudium, quo me quóque meos iuêris.*
*Jnterea placido noſtri memor accipe vultu*
*Hæc expreſſa mihi carmina Jeſſiadæ.*

## CARMEN PINDARICVM.

Strophe I. Colon II.

INTERPRETATIO

VERBORVM.

SCIAT *certò ſe firmam turrim nactum eſſe, ſi quis ſpei recta conſulenti Deum ſubiecerit, diuinam columnam. Si tuarum ædium anchoram ferreas malas habentem firmabis ſuper vmbram Regis honore cõſpicui, audacter obſiſte fluctibus rapidis, Deóq; fretus ſecurũ æuum coquendo, oppone te impetui ventorum omnia rapientium.*

SENTENT.

SI quis eſt, qui omnes ſuas cogitationes & ſpes in miſericordia Dei collocat, ſciat is ſe ſuis rebus firmiſſimum præſidium quæſiuiſſe. Quiſquis es, qui ſincerè & ex animo te bonitati & clementiæ Dei credidiſti, te periculis animosè & fortiter oppone, Deique fauore tutus, placida & tranquilla mente conſiſte, & violentos conatus hoſtiũ animo forti & inuicto refuta.



VER-

Ἀντιστροφὴ κῶλ. ια.

Δεινῶν γὰρ ἐκ κυναγετᾶν,
Δικτύων δόλῳ πεδᾶσαι,
Καὶ σκοτεινὰ φυτεύειν ἐκ λόχου
Μαιομένων θάνατον, λύ-
σει μάκαρ, ἐλομέναν χερῶν ὄλεθρον
Πρὸς τεὰς ψυχᾶς ἀμύνων,
Καὶ τανυπτέροις ἐρέψει
Ἀσκίων ὤμων πτυχαῖς,
Ἀνδρῶν ἐπόπτας, ἀμβροσίαν πτερύγων
Ὑπὸ σκιᾷ δρακεῖσα πάμπαν
Ἀσφαλές. κρύψει δὲ, σερρᾶς

Ἐπωδὸς κῶλ. ια.

Ὡς ἀσπίδος ὀμφαλοέσσας,
Ἐμπέδων μύθων καλύπτρα.
Οὔτε φόβου νέφος ἐν δυσμαῖσιν αὐγᾶν
Σοι κεκινδυνευμένον
Πλάξει φρένας, οὔτε ποτανὸν
Ἐξ ἀϊκάτου βέλος
Πτάξεις φαρέτρας ὀρνύμενον σὺν ῥαθά-
γῳ φλογεραῖς ἐν ἁμέραις,
Οὐ μὰν δολόεντος ἀτέκμαρτον λύμαν
Ἐν κελαινώπει βρότεον δέμας ἀ-
προϊδῆ τύψασαν ὄρφνᾳ.





VERB. — SENT.

Antiſtrophe.

*Te enim liberabit Deus grauibus venatoribus, qui quærunt te laqueorum dolo irretire, et tenebroſam mortem ex inſidiis machinari, perniciem manuũ funeſtarum à tua vita propulſans; tegetq́; hominũ præſes plicis ſcapularum vmbroſarũ extenſas alas habentibus [te] ſub vmbra diuinarum alarum intuentem prorſus ſecuritatem. Quinetiam abſcondet,*

Colon 11.

NAM Deus te incolumem conſeruabit ab omnibus inſidiis inimicorum, & à quouis maximo & manifeſto exitio, teque ſuis pennis fouebit & ſecurum reddet ab omni diſcrimine, ſuaque conſtantia ac fide tanquam

Epodus.

*vt validi ſcuti vmbilicoſi firmi ſermonis tegmine. Neq; timoris nubes in occaſu radiorũ [ſolis] à te periculosè tentata concutiet animũ. Neq; expaueſces volucre telũ ex inuicta pharetra prodiens cũ ſtridore, per diem flammeum: non ſanè improuiſam luem doloſi [hominis] ex improuiſo percutientem mortale corpus nocte tenebricoſa.*

Colon 11.

ſcuto firmiſſimo proteget. Non tu nocte cæca & obſcura pericula, non luce aperta tela hoſtium pertimeſces. Neque verò occultas inſidias fraudulentorum hominum reformidabis, inermem te atque imparatum nocte intempeſta repente gladiis adorientium.

Στροφὴ β, κῶλ. ια.

Μεσαμβρινὸν δὲ ξυμφορὰν
Μηκέτι ῥίγει βιαίαν
Καὶ δαμασίμβροτον. ἀνδρῶν χιλίοις
Εν νεκύεσσι καμόντων
Τουτάκις ἀμφοτέρας ἰὼν χερὸς, πο-
Λυφθόρου νήποινος ἄτας
Οψεαι ποινὰν λαχόντας
Εργμάτων ἀτασθάλους,
Αρχῷ πεποιθὼς ὀρσινεφεῖ, σφετέρων
Αὐτὸν πθεὶς οἴκων ἔρεισμα,
Καὶ τυχὰν εὔδματον ἕρκος.

Αντιστροφὴ κῶλ. ια.

Ψυχὰν ἄτρωτος ἔσσεαι,
Ουτ' ἀκερδεῖν λελόγχη
Δῶμα περίφαντον. ἑοῖς ἔντειλε γὰρ
Αφθιτος ἀγγελιῶταις,
Εν φυλακᾷ σχεθέμεν τεὰς ἀταρπούς,
Καὶ σὲ χερσὶ βαστάσαι, μὴ
Τὰν ποδῶν αἴγλαν ἀμύξῃς
Προσκοπῶν τραχεῖ λίθῳ.
Αινὰν πέσσεις ἀσπίδα ποσσὶ, ποσὶ
Λύσσαν δρακόντων, καὶ λέοντας
Αγρίους φλάσεις ἀπήμων.

Επωδὸς



Strophe 2.

*NEQVE tu horreſcas meridianam perniciem violentam & mortalium domitricem. Tunc ab vtraque manu incedens inter cæſorũ hominum mille cadauera, damni admodum pernicioſi expers, videbis ſceleratos facinorum præmia conſecutos, Duce fretus nubiũ excitatore, cõſtituens eũ columẽ domus tuæ, & facultatum munimentũ bene ſtructum.*

Colon 11.

NEQVE morbos & mala omnia, quæ medio die nobis ab improbis hominibus importãtur. Mille enim ad læuam, & mille ad dexteram morientibus, tu ſaluus & incolumis animo quieto & ſecuro ſpectabis impios pœnas maleficiorum expendentes. Hoc autem tibi continget, propterea quod te tuaq. omnia diuinæ fidei ac tutelæ commiſiſti.

Antiſtrophe.

*Inuulnerabilis eris vita, neq; damnum comitabitur conſpicuam domũ [tuam.] Nam Immortalis ſuis Angelis mandauit, vt diligẽter caueant tuis ſemitis, & te manibus geſtent, ne decus pedum laceres, offendens ad aſperũ lapidẽ. Horrendam aſpidẽ premes pedibus, pedibus rabiẽ draconũ, & feros leones collides ſine noxa.*

Colon 11.

Proinde neque tu, neque domus tua quicquã detrimenti capiet. Deus enim Angelos ſuos præficiet cuſtodiæ tuæ ſalutis, qui inoffenſos dirigãt pedes tuos, & te manibus ferant, ne pedem lapidi illidas atque impingas. Venenatam aſpidem premes calcibus, rabidosq́ue dracones, & immanes atq. tetros leones proteres & conculcabis, nullam vim aduerſus te habituros.



*Epodus.*

Ἐπῳδὸς κῶλ. ια.

Ὡς εἶπεν ἄναξ, ἐμὲ πάντων
Ἐξόχως τιμᾷ, φιλεῖ δὲ
Καὶ περίαλλα σέβας. τῶν καρτερῶν οἱ
Πενθέων ἔσται λύσις.
Κεῖνον γὰρ ἐγὼ παραλύσω
Δυσφρόνων, εὐμυθέσι
Τιμαῖς ἀέξων, καὶ ἑπόμενος θυμηραῖς
Ἀνδρὸς ἐφετμαῖς, νώδυνον
Θάσω κάματον, καμάτου ξυνοῦ μετα-
λαμβάνων, δώσω τε βίου χρόνιον
Πέρας, ἄληκτόν τε μᾶχος.



Epodus. Colon 11.

*Sic dixit Rex, me eximiè inter omnes honorat, & meum numen impensè diligit. Itaq; durorũ luctuum ei finis erit: illum enim triſtibus curis liberabo floridis honoribus ornans, & ſanctas viri preces ſecutus, laborem efficiam doloris expertem, communis laboris particeps, daboq; vitæ diuturnum terminum, et æternam conſolationem.*

Nimirum ait Dominus, Quandoquidem ſanctiſſimum numen meum diligit, & quanta maxima poteſt pietate veneratur, triſtem & acerbum eius luctũ finiam, eumq. ſollicitudine magna liberabo, ampliſſimis honoribus augens atque ornans & clamore inuocantis audito, exhauriam illi vniuerſum dolorem, omnium diſcriminum & periculorum fidiſſimus comes, eique vitam donabo immortalem.

IDYL-

# IDYLLIA.



*Iam benè conuenient animus agnique lupiq;,*
*Nec mala vicino qui meditetur, erit.*
*Solus hic vltrices mulcebit numinis iras,*
*Solus & auerſum leniet ipſe patrem.*
*Annos mille quater tenebris inuoluerat atris*
*Incautos homines deuius error agens.*
*Ignibus at rapidis nox hæc diuina coruſcans,*
*Impauidum recto tramite pandit iter.*
*Eia agite vnanimes moderantem cuncta puellum*
*Viſamus, tenera virgine matre ſatum.*
*Sceptrigeri venere duces, venere tyranni,*
*Turbáque commiſſis nobilis imperiis,*
*Patre Deo natum vt colerent hominémque Deúmque:*
*Ferte citi comites, vndique ferte gradum.*
*Sed puero quæ digna damus? non liba, nec agnum,*
*Non lac, mortalem dona caduca decent:*
*Innocuum puro donemus pectore Regem,*
*Donemúſque animo, qui ſacra iura colat.*

# ΚΑΡΟΛΟΥ ΙΑΜΩΤΙΟΥ ΤΟΥ

## ΦΕΔΕΡΙΚΟΥ ΠΕΡΙ ΘΕΟΓΟΝΙΑΣ

## ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ.

Οὐράνιον τί θάημα τανῦν ἐμὲ θυμὸν ἄτυξε;
Ποῖον ἄρ' ἡμετέρης ἥψατο χάρμα φρενός;
Ἦρ' οὐ ψῆρε χρόνος, βασιλεὺς ὅταν αἰθέρι ναίων
Ἀρρήκτου φυλακῆς θνητὸν ἀφεῖλξε γένος;
Ἡνίκα παμμεδέων κατανδύμενος ὑψόθε χειρός
Τῶν κηριτρεφέων ἕσατο σῶμα βροτῶν,
Φεύγετε νῦν μόχθοι καὶ γυιοκόροι μελεδῶνες,
Φεύγετε καὶ κραδίης ἄλγεα, καὶ στοναχαί.
Ὧδ' ἴτε ὦ γῆθη μελιήδεα, ὧδ' ἴτε μολπαί,
Ὧδ' ἴτε μουσάων θελξίνοοι μελέται.
Νυκτὸς ἀείδουσαι θεοειδέος ἀγλαὸν εὖχος
Ἠελίου παίδων πουλὺ φαεινοτέρης,
Νυκτὸς ἐφ' ᾗ καὶ παρθενικὴ τὸν ποιμένα κόσμου
Παντὸς, ἀειγενέτην τέξατο κυσαμένη.
Ταύτην οἱ πρότεροι πολύολβον νύκτα ποθεῦντες
Οὐκ ἴδον, αὐτὰρ ἔην ἄμμι μόνον φανερή.
Ἀστὴρ τικτομένοιο μάγοις φράσε σπάργανα παιδός,
Ἄγγελος ἀγραύλοις ἔφρασε μηλοβόταις.
Ἤλυθεν ἀρχαίου μαντεύματος ἐς τέλος ὀμφή,
Ἥτις Ἰουδαίας σκῆπτρον ἀφεῖλε χερός.
Ἄλλος ἐμαιώθη βασιλεὺς, ἄλλος τε προφήτης,
Ἄλλος ὁ μειλίσσων τὸν θεὸν ἀρχιερεύς.
Ὦ νὺξ ἀμβροσίη. Σὲ δ' ἐς ὕστερον αἰὲν ἀείσω,
Εἴτε μὲν εὐτυχέων, εἴτε δὲ δυστυχέων.

ΧΡΙΣ-



# CAROLI IAMOTII FEDERICI F.

## DE NATIVITATE CHRISTI

## Edyllion.

*Quæ mihi percellunt animum miracula cæli?*
*Quæ tangunt mentem gaudia læta meam?*
*An non tempus adeſt ſummi cùm rector Olympi*
*Eduxit valido carcere terrigenas?*
*Cùm Deus aſtra tenens cælo demiſſus ab alto,*
*Induitur morti debita membra hominum.*
*Mordaces fugite hinc curæ ingratiq; labores,*
*Et dolor hinc fugiat pectoris, & gemitus.*
*Huc ô lætitiæ dulces, huc tendite cantus,*
*Huc animis lenes Pieridúmq; modi.*
*Magnificas noctis diuinæ dicite laudes:*
*(Sole ſata lucet clarius illa die)*
*Noctis, qua prægnans in lucem protulit orbis*
*Paſtorem æternum virgo ſimulq; parens:*
*Sed neq; felicem hanc noctem videre priores*
*Cùm cuperent, nobis quæ manifeſta fuit.*
*Stella magos docuit pueri cunabula nati:*
*Paſtores docuit nuntius agricolas.*
*Venere augurij veteris fatalia verba,*
*Sceptrum è Iudæa quæ rapuere manu.*
*Nunc alter natus Rex eſt, alterq; Propheta:*
*Quiq; Deum placet, præſulis alter honos.*
*Nox ô dia meo ſemper celebrabere cantu,*
*Seu mihi ſors fuerit proſpera, ſiue grauis.*

CHRI-

# ΧΡΙΣΤΟΥ ΑΝΑΣΤΑΣΙΣ.

ΠΡΟΣ ΙΩΑΝΝΗΝ ΣΙΛΒΙΟΝ, ΝΟΜΙΚΟΝ ΤΕ
καὶ ποιητὴν σοφώτατον.

ΕΙΔΟΣ ΠΙΝΔΑΡΙΚΟΝ.

Στροφὴ κώλων θ.

Ποικιλογαρύες ὕμνοι, μοισέων
Καλλιπλοκάμων ταμίαν
Οἶκον ποτινισσόμενοι, ἁμάτερον
Ταύταν φέρετ' ἀγλαΐαν, δρό-
σῳ τε ῥανθεῖσαν μαλακᾷ γλυκερὰν
νίκας ἄωτον,
Τὴν βαρυγδούπου κρέοντος
Ὑψινεφὴς γρυεὰ σωτὴρ ἕλεν,
Μνᾶμα πάντων τῶν περ τοῦ κάλλιστον ἄθλων.

Ἀντιστροφὴ κώλων θ.

Τυμβιδίων γὰρ ἀδειμάντῳ κρατεῖ
Κευθμῶνα λιπὼν σκιαρὸν
Ἄντρων, ἀβάταν πρότερον θνατοῖς κλυτὰν
Νικαφορίας ὁδὸν ἦλθε
Δεσπότας, καὶ θεσπεσίῳ παλάμᾳ·
Δύστανον ἀνδρῶν
Ἔθνος ἀρχαίου δράκοντος
Καρπαλιμὰν γενύων ἐξείλετο,
Δαΐων στερρὰν βίαν ἔργῳ δαμάζων.

Ἐπωδὸς



# IDYLLIVM DE NATIVITATE DOMINI.

*Ad illuſtrem & generoſum virum Carolum Huchinum, Longaſtrij, Morij, Anezini, &c. potentem.*

FLos equitum, flos alme virûm qui ſtemmate fulgent,
Carole, Pierij gloria rara gregis:
Quem iuuat herbarum varios cognoſcere cultus,
Mille iuuat formas, mille notare modos.
Dum vacat, & ſtirpes glaciali compede vinctas
Ignaua horrenti bruma coërcet humo;
Perlege quæ luſi, Siculæ telluris alumnum
Dum ſequor, agreſti carmina clauſa pede.
Carmina quæ recinunt puerum, felicibus orbis
Auſpiciis, caſta virgine matre ſatum.
Carmina miſſa tibi, qui carmina quique poëtas
Diligis, & celebri carmine digna facis.
Paruula ſunt, fateor: ſed ineſt ſua gratia paruis:
Vnio ſic magnas paruulus æquat opes.

F THEO-

# ΘΕΟΓΟΝΙΑ.

Μαλοβόται δραστῆρες ἐΰφρονα κέκλυτε μολπὰν
　Γυιοκόρω μελέτας ἀδύπνα μᾶχος ἔῃ.
Ἤνιδε σάμερον ἐς φάος ἤλυθε κεδνὸς ὁ ποιμὰν
　Τήνος, ὑπὸ σπλάγχνων ματρὸς ἀριστογόνω,
Ματρὸς ἀριστογόνω, τὰν ἅλικες ἔδρακον ὧραι
　Παρθένον αἰδοίαν, παρθένον ἀθανάταν.
Ὢ ξένιόν τι θάημα. παῖς μόλεν, ὄφρα σαώσῃ
　Βουπελατᾶν τε γένος, καλλικερώς τε βόας,
Μᾶλά τε, κ' εἰροπόκων ἄγχιστον ὀπάονα μάλων,
　Καὶ χρυσᾶν γενεὰν ἐκ λεχέων ἀνάγῃ,
Ὄφρα διαστείχοντες ἀτειρέος ὕστερον ὄλβω,
　Νόσφιν ἄτερ τε κακῶν, νόσφιν ἄτερ τε μαχᾶν,
Ὡραΐδαι τὸν Πᾶνα σεβίσομες ἔμφρονι θυμῷ,
　Μέσφ' ἐπὶ παγκάρπω τᾶν χθονὸς ἐσχατιᾶν.
Ἅ, τε δίκα πολίων βάθρον ἀσφαλὲς, ἅ, τε πάρεδρος
　Εἰράνα, θνατῶν κοιρανέοντι χορώς.
Οὐ νέμεσις διχόβουλος ἐπέσσεται, οὐ φθόνος ἄτα
　Δύσφρονι μαστίσδων βάσκανον αἰνοβίαν,
Οὔτε φρενῶν ταραχαὶ θυμαλγέες, οὔτε κακοῦργον
　Νεῖκος, ἐρικλαγκτᾶν οὐ νιφάδες πολέμων.
Ἐσθλὸς ἐπεὶ ποιμὰν καὶ τραχέα ῥόμβον ἀκόντων
　Ῥήξει, καὶ λογχᾶν ἶνας ἀμαιμακέτων.
Γυμνὸς ἀνκνάμπτω μεταμείψεται οὔλιον αἰχμὰν,
　Καρποφόρω γαίας νῶτον ἀρασσέμεναι.
Καὶ βαρὺν ἐς πελέκεις μεταθήσεται ἀμφιτομεῦντας
　Χαλκὸν, ὃς αἰχματᾶν ἦν ξίφος οὐλομένων.

Νῦν



# THEOGONIA.

PASTORES *auidam lætis date cantibus aurem,*
　*Acribus hinc curis dulce leuamen erit.*
*Ecce hodie ſummum Paſtorem lucis in oras*
　*Protulit ex aluo prole beata parens,*
*(Prole beata parens æquæui temporis annis*
　*Virgo pudica fuit, virgo perennè manet)*
*Miratur cælum puerum veniſſe, bubulcos*
　*Seruet vt agreſtes, cornigerumq; pecus;*
*Lanigeras vt ſeruet oues, ouiumq; magiſtros:*
　*Detrahat & pigris aurea ſecla thoris.*
*Vt liceat poſthac cura belloq; ſolutis*
　*Immota nobis proſperitate frui:*
*Panáque cælicolam lætanti mente colamus*
　*Omniferi extremos orbis adusq; ſinus.*
*Iuſtitia humanos cœtus quæ fulcit, & vrbes,*
　*Et pax iuſtitiæ proxima ſede, regent.*
*Non diſcors aderit nemeſis, non inuida tabes,*
　*Quæ flagro damni liuida corda domat:*
*Nec motus animorum acres, nec iurgia diræ:*
　*Non ſtrepera nubes horrida militiæ.*
*Namq; bonus paſtor rigidi cum turbine teli*
　*Proteret inuicta ſpicula miſſa manu.*
*Vomere lethalem ſicam mutabit obunco,*
　*Qui patulum terræ fertilis æquor aret.*
*Æraq; in ancipitem vertet funeſta ſecurim,*
　*Quæ modò fatiferi militis enſis erant.*



*Iam*

Νῦν δὲ λύκοιτε καὶ ἄρνες ὁμόφρονα θυμὸν ἔχοντι,
Μηκέτι δ' ἀλλάλοις λυγρὰ νοεῦντι βροτοί.
Μαλθάξει βασιλῆος ἀμωύτερα θυμὸν ὀλύμπω,
Πατρί τε χωσαμένῳ μανῖος ὑπαντιάσει.
Νήϊδας ἀνθρώπως ἀλιτήμονες εὔνασαν ὄρφναι
Κυκλοφόρων ἐτέων τέτρασι χιλιάσιν,
Ἀδε θοαῖς ἀκτῖσι σελάσσεται ἀμβροσία νύξ,
Ἀνδρέσιν εὐθείας ἐμφανίσασα τρίβως.
Ἴομες ἐν ἑνὶ πάντες ἀτέρμονα ποιμένα πάντων
Ἐκγεγαῶτα κόρας κάρρον ἐποψόμενοι.
Ἦνθον σκαπτοῦχοι τοὶ ποιμένες, ἄγετ' ἰῶνθον,
Ἦνθε κυβερνατᾶν ἐσμὸς ἐρισθενέων,
Παῖδα θεάνθρωπον ζαθέω πατρὸς ἄφρα σέβωντι.
Σεῦτε νῦν, ὦ φίλοι, σεῦτε πολυαστερέες.
Δῶρον ἔη τί κε παιδὸς ἐπάξιον; οὔτι κεν ἀμνὸς,
Οὐ γλάγος, οὐ πόπανον. θνατὰ βροτοῖσι πρέπει.
Οἴσομες ἀχράντῳ κεκαθαρμένον ἦτορ ἀνάκτι,
Οἴσομες ἀφθάρτῳ θυμὸν ἀδόντα δίκα.

ΚΑΡΟ-



# CHRISTI RESVRRECTIO,

## AD IOANNEM SILVIVM IVRISconſultum & Poëtam doctiſſimum.

## CARMEN PINDARICVM.

Strophe Colon 9.

VARIE' *ſonantes hymni Muſarum pulchris capillis ſpectandarum cuſtodem [Muſis ornatam & illuſtrem] domum adeuntes, ferte hunc eximium ſplendorem, dulcémque florem victoriæ rore molli irrigatæ [hanc inſignem victoriam ſuaui carmine decantatam] quam grauiter ſonantis Regis in altis nubibus habitans proles ſeruator [Chriſtus] reportauit: monimentum pulcherrimum priorum omnium certaminum.*

Antiſtrophe. Colon 9.

*Sepulchralis enim antri linquens intrepido robore cauitatem opacam, inacceſſam antea mortalibus inclytam victoriæ viam ingreſſus eſt Dominus, manúque potenti miſerum mortalium genus ex veteris draconis rapacibus malis eripuit, hoſtium fortem vim virtute domans.*

G Epodus

Ἐπωδὸς κώλων θ.

Θαῦμα παμφώνοις ὁμοκλαῖς
Ἀδύτι γαρυέμεν.
Ἄμμες οὖν μοισαῖον ἐλᾶν πεδόθεν
Νικαφόρον ὁρμώμενοι
Δίφρον, ἀγαυόεσσα Δίρκας
Αἰετὸν ὑψιπέταν ἰχνεύομεν.
Ἀλλά τυ τὰν χαρίτων εἰδὼς νέμεσθαι
Κᾶπον ἀειδόμενον,
Εὐμενεῖ ψυχᾷ χάριν δέξαι ταπεινήν.

## ΧΡΙΣΤΟΥ ΑΝΑΣΤΑΣΙΣ.

Ὦναξ ἀνθρώπων νοερὸν φάος, αἰθέρος αὐλῆς,
Κόσμου τ' εὐρυόεντος ἔχων βασιλήϊον ἀρχήν,
Σὸν κλέος ἀείδω, καὶ ἐγέρσιμον ἠριγένειαν,
Καὶ νέκυν οὐ μείναντα λιθώδεος ἔνδοθι τύμβου.
Ἀλλά μοι εὐμενέων ἔλθοις οἰκτίρμονι βουλῇ,
Πέμπε δ' ἐπὶ πραπίδεσσιν ἐμαῖς πανυπέρτατον αἴγλην,
Αἴγλην παμφανόωσαν, ἐγερσινόοιο προνοίης,
Αἴγλην παμφανόωσαν ἐμῆς ἐπαρωγὸν ἀοιδῆς.
Ὄφρα σε, παμμεδέοντος ἀειζώοιο γενέθλην,
Χριστὸν ἀειζώοντα βροτοῖς ἀγανοῖσιν ἐνίσπω,
Ἂψ ἀπονοστήσαντα φιλοθρήνοιο βερέθρου.
Ἤδη μὲν πλούτεσσιν Ἰουδαίοισι μεμηλὼς
Θέσκελος ἀπρήκτοιο παριπταδύσας δρόμος ἠοῦς
Ἑβδομάτης τετέλεστο. φιλοστόργῳ δ' ἐμμονίῃ





Epodus. Colon 9.

*Miraculum ſanè omniſono [carminum] murmure celebrare ſuaue. Nos igitur Muſarum currum victoriæ reportatorem altius à terra agitare aggreſsi [longè nos ab humo tollentes, grandia & ſublimia canere] generoſam Dirces Aquilam altiuolantem ſequimur [Pindarum poëtam Thebanum ſcilicet, qui verba grandia loquitur, & instar aquilæ ſublimis, & longiſsimè remotus à terra, volat.] At tu, qui noſti Gratiarum hortum celebrem decerpere [qui Gratiarum fauore frueris, & poëta es] beneuolo animo hoc munuſculum ſuſcipe.*

## CHRISTI RESVRRECTIO,

Andrea Hoio Brugenſi Interprete.

REX *hominum, puræ lucis iubar, ætheris alti*
*Et vaſti qui ſceptra tenes regalia mundi,*
*Pango tibi ſacrum rediuiuæ lucis honorem,*
*Nec pote marmorea retineri funus in vrna.*
*Ergo ades huc, dexterq́ veni mihi mente benigna.*
*Da mea ſupremum delabi in pectora lumen,*
*Lumen vbiq; nitens, agitat quæ corda, pronæ,*
*Lumen vbiq; nitens, mea quod benè proſperet orſa.*
*Vt ſemper viuente ſatam te principe prolem,*
*Chriſtum immortalem placidis mortalibus edam.*
*Funerea reducem mæſti de fauce ſepulchri.*
*Jam nunc ſolenni Judææ gentis honore*
*Sacra, exſorſq́ operum, quaſi equis prouecta, ruebat*
*Septima lux præceps; quum cura amor anxius vrget*

Μαγδαληνὴ Μαρίη φιλοδάκρυος, ἠδὲ Σαλώμη,
Καὶ Μαρίη περίπυστος Ἰακώβοιο τεκοῦσα,
Ἀμβροσίην πριάσαντο μύρου θυόεντος ἐέρσην,
Ὄρθριον ὄφρα μολοῦσαι ἀελλήεντι πεδίλῳ,
Ἴκμασι πιαλέῃσι νέκυν δ’ ἐνεόισιν ἀλεῖψαι
Ἰησοῦν, κινυρεῖο τειρήμενον ἔνδοθι τύμβου.
Αἱ δ’ ἄρ’ ἅμα πρωτίστῃ μετὰ σάββατον ἠριγενείῃ
Πρώϊον ἴχνος ἔκαμψαν ἐθήμονος ἐγγύθι τύμβου,
Εὖτε παλιγγενέτης λιποφεγγέα νυκτὸς ὁμίχλην
Ἠελίου φαέθοντος ἀκήρατος ἤλασεν αἴγλη.
Ἡ δέ τις ἀχλυόεντος ἐπὶ σταθμοῖο πυλάων
Τυμβιδίων λίθος εὐρὺς, ἀπείρετον ἄχθος ἀρούρης.
Κεῖναι γοῦν κρυφίοισιν ἀνιῶσαι φρένα κέντροις,
Ἀλλήλαις ὀάριζον ὁμοφθόγγῳ τινὶ μύθῳ.
Καὶ τίς ἀνὴρ ταλαεργὸς ἀναλκίσιν ἄμμι κυλίνδων
Λᾶαν, ἀποστρέψειε θεοκμήτοιο βερέθρου;
Ταῦτα δὲ πάντα μάτην ἐφθέγξατο λαὸς ὁδίτης
Θηλυτέρων. καὶ γὰρ πολυχανδέος ἐγγὺς ἰοῦσαι
Σήματος, ἀγχίστοις κεκυλισμένον εἶδον ὀπωπαῖς
Πῶμα τάφου βαρύφορτον, ἀκινήτου τινὸς ἄχθους
Ἀντίτυπον μίμημα, καὶ ἀγχιπόροισι πεδίλοις
Δυσάμεναι κενεῶνας ἀμειδήτοιο βερέθρου,
Ἠΐθεον εἰσορόωντο νέον παρὰ δεξιὰ τύμβου,
Μίτρης δαιδαλέης κεκαλυμμένον εἵματι λευκῷ.
Δερκόμεναι δ’ ἔφριξαν ἀτυζομένον ἀπὸ θυμῶν:
Ἧς νέος ὧδ’ ἀγόρευεν ἀλεξιφόβῳ τινὶ φωνῇ:
Θηλύτεραι ψευδῆμον ἐάσατε τάρβος ἀήταις.
Ναζαρὲθ ναέτην μαστεύετε χριστὸν Ἰησοῦν,





*Magdalinen lætam lacrymis, Mariamq; Salomen,*
*Et nati inſignem Jacobi nomine matrem,*
*Mercari ambroſios rores ſpirantis odoris:*
*Progreſſæ vt bene manè pedum velocibus alis,*
*Extinctum guttis olei liquentibus vngant,*
*Tertia quem tumulo iam lux claudebat, Jeſum.*
*Jllæ igitur, prima inſequitur quæ ſabbaton Eos,*
*Se matutinæ monimenta ad gnara ferebant,*
*Cùm tenebras lucis viduas, noctemq; ſilentem*
*Ortus abegiſſet ſincero lumine Titan.*
*Cæci incumbebat portis funebribus antri*
*Saxum ingens, terræq; immani pondere moles.*
*Jllæ autem tacitis perculſæ pectora curis,*
*Talia concordi inter ſe ſermone ſerebant:*
*Ecquis erit, cippum, nobis imbellibus, ingens*
*Robore, qui buſti fabrefacto à poſte reuellat?*
*Omnia quæ matrum nequicquam turba per agros*
*Jactabat. Namq; ad tumulum ſimul vndiq; hiantem*
*Acceßêre, vident oculo propiore, volutum*
*Prægraue onus tumuli, molis nulla arte mouendæ*
*Jnſtar habens. pedibusq; exinde propinquiùs actis*
*Deſerta ingreſſæ lacrymabilis in caua buſti,*
*Et iuuenem intuitæ dextro reſidere ſepulchro*
*Dædaleæ obnuptum candenti veſtis amictu,*
*Attonitas horrent ſubita formidine mentes.*
*Tum puer affari, atq; metus his demere dictis.*
*O matres, vanum ventis mandate timorem:*
*Vrbis Nazareæ ciuem indagatis Jëſum,*

Ον χορὸς ἑβραίων ἀδίκῳ σχόρωσεν ὀλέθρῳ.
Νόστιμος ἐκ θανάτοιο παλινδίνητος ἀΐτης
Αμφιπαγῆ λίπε χῶρον δυοστήτοιο βερέθρου.
Ηνίδε χῶρος ἐκεῖνος, ὅπη θεόφορτος Ιωσήφ,
Νυκτιφανής θ' ἅμα τῷδε γέρων Χριστοῖο μαθητὴς
Αμφότεροί μιν ἔθηκαν ἐνὶ ξυνήονι βουλῇ.
Αλλ' ἴτε καὶ στενάχουσιν ἀπαγγέλλοιτε μαθηταῖς,
Πρεσβυτέρῳ δὲ μάλιστα φίλῳ βαρυδακρυῒ Πέτρῳ,
Χριστὸς ὅτι φθάσσε παλινζώῳ τινὶ ταρσῷ
Υμείας ποτὶ πεζαὶ ἀεξιφύτου Γαλιλαίης,
Ηχι μιν ἀθρήσητε ποδήνεμον, οἷά τε πᾶσιν.
Υμμι πάλαι προέειπεν ἑῷ σημάντορι μύθῳ:
Ως φάτο θηλυτέρῃσιν ἀμύμοσιν. αἱ δ' ἄρα τύμβου
Ανθορον ἐκ κενεοῖο, καὶ οὐδενὶ ταῦτ' ἀγόρευον,
Αλλ' ἔχον εὐκήλου πεπυκασμένα φαρεῖ σιγῆς
Ταρβαλέαι, φυγάδες, δεδονημένον ἦτορ ἔχουσαι.

## AD ERVDITISSIMVM VIRVM Andream Hoium Brugenſem.

SCIRE *velis Hoi, tacito quid agamus in agro?*
*Bella foris nobis: otia grata domi.*
*Bella foris gerimus cum ſæuis ardua morbis,*
*Et graue Phœbæa pellimus arte malum.*
*Pace domi fruimur, natis & ad otia Muſis,*
*Quæ reparant animum, feſſaq́ membra iuuant.*
*Sed mihi nec Moſchus, nec Siluius aſſidet, ore*
*Dulciloquo pigrum qui vetet eſſe diem.*

** Nec*



*Quem cruce gens Hebræa neci demiſit iniquæ.*
*Morte redux obita, atq́ iterum veſtigia figens,*
*Bifrontem liquit ſedem irremeabilis vrnæ.*
*Hic locus, ecce, Deo quo nuper onuſtus Ióſeph,*
*Noctiuagusq́ ſenex vnà pius aſſecla Chriſti,*
*Auſi illum communi ambo componere cura.*
*Verum agite, & mæſtis narratum fratribus ite,*
*Sed Petro imprimis ſeniori & multa querenti,*
*Chriſtum iam reduci in vitam præcedere paſſu,*
*In ſementiferos terræ Galilëidis agros.*
*Illic, fas, celeri raptum pede cernere, vt olim*
*Præſagis meminiſtis eum prædicere verbis.*
*Matribus hæc caſtis vbi dicta, repente ſepulchri*
*Proſiluere cauo: nec cuiquam hæc viſa recenſent,*
*At velo arcani tenuêre obſepta ſilenti,*
*Attonitæ rapiuntq́ fugam, atq́ ima oſſa tremiſcunt.*

** Nec me Caſtaliĳ rariſſima gloria cœtus*
*Detinet Obriſius, colloquiisq́ fouet.*
*Si tamen & noſtram placituro carmine mentem,*
*Et docta interdum ſedulitate leues:*
*Tu mihi amicitiæ tria pectora cognita, Moſchus,*
*Siluius, Obriſius, ſcilicet vnus eris.*
*Iamq́ vale, mihiq́ Auſoniĳ hæc expreſſa poëtæ*
*Carmina, perpetui pignus amoris habe.*

ΑΥΣΟ-

# AVSONII IDYLLION,

## De vita humana.

QVOD vitæ ſectabor iter ? ſi plena tumultu
Sunt fora, ſi curis domus anxia, ſi peregrinos
Cura domus ſequitur, mercantem ſi noua ſemper
Damna manent, ceſſare vetat ſi turpis egeſtas:
Si vexat labor agricolam, mare naufragus horror
Infamat, pœnæq́ue graues in cœlibe vita,
Et grauior cautis cuſtodia vana maritis:
Sanguineum ſi Martis opus, ſi turpia lucra
Fœnoris, & velox inopes vſura trucidat.
Omne æuum curæ: cunctis ſua diſplicet ætas:
Senſus abeſt paruis lactentibus, & puerorum
Dura rudimenta, & iuuenum temeraria pubes.
Afflictat fortuna viros per bella, per æquor,
Iras inſidiasq́ue, catenatóſque labores,
Mutandos ſemper grauioribus. Ipſa ſenectus
Expectata diu votiſque optata malignis
Obijcit innumeris corpus lacerabile morbis.
Spernimus in commune omnes præſentia. quoſdam
Conſtat nolle deos fieri. Iuturna reclamat:
Quo vitam dedit æternam, cur mortis adempta
Conditio? ſic Caucaſea de rupe Prometheus
Teſtatur Saturnigenam, nec nomine ceſſat
Incuſare Iouem, data ſit quòd vita perennis.
Reſpice & ad cultus animi. Sic nempe pudicum
Perdidit Hippolytum non felix cura pudoris.





## περὶ τοῦ ἀνθρωπίνου βίου.

Ποίην δὴ μεθέποιμι βίου τρίβον, εἰ θορύβοιο
Πᾶσ' ἀγορὴ πέπληθεν, ἀδημονίης τ' ἀλεγεινὸς
Οἶκος, καὶ ξείνοις οἴκου μελεδῶνες ἕπονται;
Ἐμπορίης δ' ἀλέγουσι πολύτροπα πήματ' ἐφῆπται.
Εἰ πενίη δύσφημος ἐρητύει χατέοντας
Παύσασθαι καμάτοιο, πόνος δ' ἀροτῆρα δαμάζει.
Δυσφημέει δὲ θάλασσαν ἀελλέα ναυαγίου φρίξ,
Ποιναί τ' ἀγαμίης ὀλοόφρονες, αἰνοτέρη δὲ
Καὶ φρουρὴ ποσέεσσιν ἀκοιμήτοις κενεόφρων.
Αἱμαλέον πάλιν ἔργον ἀρήϊον, αἰσχρὰ τόκοιο
Κέρδεά τ', ἢ δὲ πένητα δανείσματα κραιπνὰ φονεύει.
Αἰὼν πᾶσι μέμηλεν ἅπας, σφετέρη τ' ἀπαρέσκει
Ἡλικίη πάντεσσιν· ἀναίσθητοι γαλαθηνοί,
Καὶ παίδων στονόεσσα προπαιδείη, καὶ ἄβουλος
Ἡβώων. ῥόθιον δὲ δαμᾷ καὶ φύλοπις ἄνδρας,
Μῆνις ὁμοῦ πυκινός τε λόχος, καμάτων δέ τε σειρὴ
Τοὺς ἀεὶ αἰνοτέροισι πόνοις μέλλουσιν ἀμεῖψαι.
Καὶ γῆρας δηρὸν πεποθημένον ἄφρονι βουλῇ
Σῶμα πολυσπερέεσσιν ἕλωρ νούσοισι παραβάλλει.
Ἡμεῖς εἰν ἑνὶ πάντες ἀπαρνούμεθα παρόντα,
Καὶ δὴ ἀπαρνήσαντο θεοί τινες ἄφθιτοι εἶναι.
Αὐτίκα πυκν' ἐβόησεν Ἰουτούρνη ποτε νύμφη,
Τίπτε βίον δώρησεν ἀτέρμονα; τίπτε δ' ἄμερσεν
Ἡμέας θανάτοιο; κ' ἀπὸ σπιλάδων ὁ Προμηθεὺς
Καυκασίων Κρονίδην μαρτύρεται, οὐδὲ βίοιο
Εἵνεκεν αἰὲν ἐόντος ἐπαύσατο κεῖνον ἐλέγχων.
Φράζεο καὶ ψυχῆς ἐριφεγγέα κόσμον. δύσολβοι
Φροντίδες Ἱππόλυτον φιλοπαρθένον ὤλεσαν αἰδοῦς.

*At contrà illecebris maculoſam ducere vitam*
*Quem iuuat, aſpice & ad pœnas & crimina Regum*
*Tereos inceſti, vel mollis Sardanapali.*
*Perfidiam vitare monent tria Punica bella:*
*Sed prohibet ſeruare fidem delecta Sagonthus.*
*Viue & amicitias ſemper cole, crimen ob iſtud*
*Pythagoræorum periit ſchola docta ſophorum.*
*Hoc metuens igitur nullas cole, crimen ob iſtud*
*Timon Palladiis olim lapidatus Athenis.*
*Diſsidet ambiguis ſemper mens obuia votis,*
*Nec voluiſſe homini ſatis eſt, optata recuſant.*
*Eſſe in honore placet, mox pœnitet, & dominari*
*Vt poſsint, ſeruire volunt. Idem auctus honore*
*Inuidiæ obÿcitur. pernox eſt cura diſertis:*
*Et rudis ornatu vita caret. Eſto patronus*
*Et defende reos. Sed gratia rara clientis:*
*Eſto cliens, grauis imperÿ perſona patroni.*
*Exterrent hunc vota patrum. mox aſpera curis*
*Sollicitudo ſubit. contemnitur orba ſenectus,*
*Et captatoris præda eſt hæredis egenus.*
*Vitam parcus agas, auidi lacerabere fama,*
*Et largitorem grauius cenſura notabit.*
*Cuncta tibi aduerſis contraria caſibus. ergo*
*Optima Graiorum ſententia. quippe homini aiunt*
*Non naſci eſſe bonum, natum aut citò morte potiri.*

FVNE-



Ἀλλ' ὃς ἀγνῆς ἴυγξι βίον κεκακωμένον αἰνῆς
Κύπριδος, εἴσιδε καὶ μοι ἁμαρτάδος ἔνδικον ἄτην
Τηρῆος μιαροῖο, καὶ ἁβροῦ Σαρδαναπάλου.
Φεύγειν ὅρκον ἄπιστον ἐκέκλετο τρισσὸν Ἄρηος
Κῦμα τὸ τῆς Λιβύης. σώζειν δὲ δαμεῖσα Σαγουῦθος
Πίστιν ἐρητύει. φιλίας κύδαινε βιαρκεῖς.
Τοῦδε χάριν σοφὸς ἑσμὸς ἀπώλετο Πυθαγορείων.
Μὴ τόδε δειμαίνων μεθέπῃς μίαν. Αὐτὰρ Ἀθῆναι
Τοῦδε χάριν τίμωνα κατέκρυψαν λιθάκεσσιν.
Εὔγμασιν ἀλλοπρόσαλλος ἀεὶ νόος. ἤυτε λοξοῖς
Οὐδ' ἐθέλειν θνητῷ μόνον ἤρκεσε, καρπαλίμως δὲ
Κεῖνος ἀποπτύει τὸ πρὶν ἤτεε. κύδιμος εἶναι
Εὔχεται. αὐτὰρ ὁ κοῦφος ἀλήμονα θυμὸν ἑλίσσων
Ὦκα μετεγνώσθη. μεδέειν ὁ μὲν ὄφρα δύνηται,
Χαίρει ὑποδρήσσων. ζήλῳ δ' ἐνέκυρσε λελογχὼς
Τιμὴν κυδιάνειραν. ἔφυ μελέδημα βροτοῖσι
Παννύχιον λογίοισιν. ἀπαίδευτοι δὲ στέρονται
Ζωῆς κυδαλίμοιο. συνήγορος ἴσθ', ἐνόχους τε
Ἀνδρὸς ὑπερδικέης. σπανίη χάρις ἡ πελατάων.
Ἔσσο μὲν οὖν πελάτης. δεινὴ δὲ προστάτεω ἀρχή.
Καὶ τὸν δ' ἐκπλήσσει πατέρων πόθος. αἱ δὲ μέριμναι
Αὐτόματοι φοιτῶσιν. ἔπει τ' ἀγέραστον ἐᾶται
Πᾶσι τὸ γῆρας ἄτεκνον ἀνὴρ κεχρημένος ἄγρη
Ἔπλετο κληρονομῆος. ἀναγκαίοιο νόσου
Φείδεαι βιότοιο, φιλάργυρος αἰὲν ἀκούσεις·
Καὶ κεν ἀτιμήσειεν εὔφρονα λαὸς ἐλέγχων
Δώτην. σοὶ δὲ τύχαις πάντ' ἀντιβίοισιν ἐρίζει.
Τὼ καλὴν Ἕλληνες ἐφημίξαντο μενοινήν,
Μὴ ποτὲ γίγνεσθαι καλὸν ἔμμεναι, ἢ τάχ' ὀλέσθαι.


HOC-

# FVNERA.



# HOCCE COMMVNIS TVMVLI

MONIMENTVM

REIP. LITTERARIÆ C. ET.
INLVSTRAND. III. VIRIS

IOANNI STRASELIO FLANDRO, GRÆCÆ LITTER.] PETRO GALLANDIO ATREBATI, LATIÆ ART. HVMANIT.] ADRIANO TVRNEBO, NORMANO, VETERIS GRÆC. PHILOSOP. REGIIS QVONDAM APVD LVTETIAM PARIS.RVM PROFESS. ET EIVSDEM ACADEMIÆ COLVMINIBVS ET ORNAM.TIS. PRÆCEPTORIBVS O. D. S. MERENTIBVS PRISTINÆ IN VIVOS AC MORTVOS PIETAT. C. FEDERICVS IAMOTIVS BETHVN. MED. P. C.

S. V. T. L.

# ΕΙΣ ΙΩΑΝΝΗΝ ΣΤΡΑΣΕΛΙΟΝ

ΤΟΝ ΤΗΣ ΕΛΛΗΝΙΚΗΣ ΔΙΑΛΕΚΤΟΥ
*βασίλειον ἐξηγητήν.*

Ὦ φίλοι, οἳ προπάροιθεν ἀριστονόοισι μερίμναις
  Ἑλλάδος ἡμείων ἤφθε διδασκαλίης.
Χαίρετε. νῦν γὰρ ἔγωγε παλαίφρονα κόσμον ἐάσας
  Ὑψιπετὴς αὐλῶν οἴχομαι ἐς μακάρων.
Ἀλλ᾽ εὐεργεσίῃσιν ἐμῆς τείνοντες ἀμοιβὴν,
  Μνήμονες ἀλλήκτῳ θέσθε μ᾽ ἐνὶ κραδίῃ.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ.

Πάλαι μὲν ἐξ Ἀθηνῶν
Ἔπλευσε δῖα Πειθὼ
Ῥόδον, Ῥόδου δ᾽ ἀπ᾽ αὐτῆς
Ἀφαρπαγεῖσα, πόντον
Ἀν᾽ εὐρὺν ἐπλανήσε
Δηρὸν, βαρυκτύποισι
Κινουμένη θυέλλαις.
Τέλος δὲ, κῦμα λυγρὸν
Περᾷ, σάος τε κελτῶν
Ἐκνήχεται παρ᾽ ὄχθην.
Δημοσθένας τε δεινοὺς,
Ἰσοκράτας τε τερπνοὺς,
Τοὺς τ᾽ Αἰσχίνας ἀπ᾽ ᾅδου
Ὑποτρόποις ἀνέγνω.
Ἀλλ᾽ ὡς ἀεὶ τρέπεσθαι
Τὰ τῶν βροτῶν πέφυκε:
Δημοσθένης μὲν αὖθις

Ὀλω-



# IN IOANNEM STRASELIVM

Regium linguæ Græcæ Profeſſorem.

QVI *priùs æquanimi placidoq; hauſiſtis, amici,*
  *Pectore doctrinæ dogmata Graia meæ:*
*Æternum ſaluete mihi, æternumq; valete,*
  *Celſa volans (mundi transfuga) regna peto.*
*At mihi pro meritis hoc reddite, perpete vita*
  *Vt maneat noſtri mente repoſtus amor.*

IN EVNDEM.

*Suadela dia quondam*
*Enauigans Athenis,*
*Venit Rhodum, Rhodoq;*
*Abrepta, dum profundum*
*Diu pererrat æquor,*
*Stridentibus procellis*
*Iactatur huc & illuc.*
*Tandem feros penetrat*
*Fluctus, & enat oras*
*Ad celticas ſuperſtes.*
*Demoſthenéſque grandes,*
*Iſocratéſque ſuaues,*
*Et Æſchines ab Orco*
*Agnoſcit excitatos.*
*Sed (vt ſolet ſubinde*
*Humana ſors moueri)*
*Demoſthenes abiuit,*

*Et*

Ὄλωλεν, Αἰσχίνης τε.
Ἦν δ' ἄρ' ἐλπὶς ἡμῖν
Ἰσοκράτης τὸ λοιπόν.
Τῇ σήμερον δὲ μοῖρα
Καὶ τόνδ' ἀφεῖλεν ἡμῖν.
Ὑμεῖς μὲν οὖν Ἀθῆναι
Κελτῶν διαστένουσαι
Δείδοιτε μήτι δ' ἄλλων
Τριῶν ἀφαιρεθέντων,
Μοῦσαί τε καὶ Ἀπόλλων
Ζόφῳ κατακρυφῶσι.

## IN OBITVM PETRI GALLANDII, Regij Latinarum litterarum Profeſſoris.

QVALEM *perempto Diua mater Memnone,*
*Denſis amicta nubibus,*
*Pallente mœſtum & languido vultu diem*
*Ægris tulit mortalibus:*
*Talis recurrit axe nuper Gallico*
*Sol aurei Dux luminis,*
*Cùm fata multis flebilem Gallandium*
*Tulere nobis inuida.*
*Obſcurus aër, & nigra ferrugine*
*Obducta forma ſiderum:*
*Cælúmque ventis ac procellis turbidum:*
*Turbata terris omnia;*
*Fleuere Nymphæ morte raptum peßima*
*Suum ſibi Gallandium.*

** Fleuit*



*Et Æſchines peremptus:*
*Reſtabat vnica ſpes*
*Jſocrates: at illum*
*Hac luce Parca nobis*
*Acerba pignerauit.*
*Timete vos Athenæ*
*O Celticæ gementes,*
*Ne, dum perit Camœnis*
*Lumen triplex ademptum,*
*Muſas, ſimúlque Phœbum*
*Nunc obruant tenebræ.*

* *Fleuit miſellus & Aganippidum chorus,*
*Fleuit miſellus & pater.*
*Fleuit bonorum turba, fleuit ciuitas*
*Mœſtis referta luctibus.*
*Et iam perenni lacrymarum flumine*
*Ferè natabant omnia:*
*Cùm Rector orbis arduo de vertice*
*Aurem querelis admouens,*
*Auras tonitru perculit leues graui,*
*Taléſque reddidit ſonos,*
*Quouſque tandem triſtibus, miſerrimi,*
*Spargetis ora lacrymis?*
*Quouſque fletu fracta longo lumina*
*Largis madebunt imbribus?*



*En*

En ille viuit inclytus Gallandius
Junctus piorum cœtibus.
An inuidetis ætheri ciuem nouum,
Meumq́; numen temnitis?
At nos acerbis obruti doloribus
Pectus ferimus anxium:
Optamus illum ſorte priſtina frui:
Nec mente pura cernimus,
Quàm vita magnis ſit malis obnoxia,
Quàm ſparſa mille caſibus.
Hinc mentem auari mœror angit turbidam:
Hinc perdita libidine
Corpus ſolutis oßium compagibus
Enerue vires deſerunt.
Senes ſenectus ipſa ſemper obijcit
Effœta mille queſtibus.
Deformis illis vultus, ac diſpar ſui
Color vigórque corporis,
Et ſolus imo pectori fixus calor:
Peruſta febre viſcera.
Procul voluptas & iocus: ſemper metus,
Mortíſque vicinæ pauor.
Quid damna vitæ perſequar, quibus nouis
Nouíſque ſemper fluctuat?
Cuiquam benignus inuocanti ſe Pater
Optata donet omnia:
Quis non iniquus ſortis arbiter ſuæ,
Felicitatem ſplendidam

Sub-



Subinde fœdat ſordidis ſententiis,
Sæuíſque miſcet luctibus?
Sic læta duris, dura lætis improba
Viciſſitudo temperat:
Nihílque fixum perſtat in vita diu,
Suóve conſiſtit loco.
Fuere Troes, clara fulſit Græcia,
Et Roma cunctis imperans,
Quæcunque Titan lucidus volubili
Curſu rotatus aſpicit:
Sed Troia forti ſtrata Graium dextera,
Suíſque Roma viribus.
Fuere Reges, Jmperatores pij,
Fuere ſtrenui Duces.
At non ſuperbæ prœliis victoriæ,
Non parta bello gloria,
Feſtiue plauſus præſtiterunt, ne manum
Jniecerit mors aſperam.
Qualis quietis, dum æquor vndis ſternitur,
Turbo procellam concitans,
Fluctusq́; canos hinc & inde congerens,
Vtrinque verberat ratem;
Talis malorum iactat atrox impetus
Terras & humanum genus:
Et fœda quenquam talibus moleſtiis
Vitæ cupido detinet?
Felice natum ſydere illum exiſtimo,
Cui numinis clementia



Poſt-

*Poſtquam beatæ contigit vitæ decus,*
*Opes, honor (Gallandio*
*Diuina qualem contulit benignitas)*
*Migrare vita ſit datum,*
*Ne cura rebus vlla ſe lætiſſimis,*
*Ne mæſtitudo miſceat.*
*Ergo perennes lacrymas nunc ſiſtite,*

** Miſtaſq;*

## ΕΙΣ ΑΔΡΙΑΝΟΝ ΤΟΥΡΝΕΒΟΝ

τὸν τῆς Ἑλληνικῆς Φιλοσοφίας βασίλειον ἑρμηνευτήν.

Τίς κε γράφοι σέλας ἁγνὸν ἀμύμονος ἠελίοιο;
Τίς κε τεῆς ἀρετῆς ἀγλαΐην ἐνέποι;
Φοίβου μαρμαρυγῆσιν ἐπαμβλώσουσιν ὀπωπαί,
Σὸν κλέος ἀμβλυώει θυμὸν ἀτυζόμενον.
Εὐφυΐη χαρίεσσα, φιλοφροσύνη τε γελδυὴς,
Ἔνθεος εὐσεβίη, καὶ πραπίδων σύνεσις,
Καὶ ψυχὴ πολυΐδρις ὁμοῦ, καὶ πότνια Πειθὼ,
Καὶ χάρις εὐεπίης, καὶ μέλος ἀόνιον,
Ἠνορέη μελέτῃσιν ἀγήραος ἐμμείνασα,
Σώματος ἐκ νούσων ἦκα μαραινομένου.
Ἔνθεν ἀριζήλοιο φαώτερον ἀστέρος εὖχος
Ἔλλαχες, ἀενάου μνημόσυνον σοφίης,
Εὖχος ἀμειλίκτοιο χρόνου καθυπέρτερον αἰεὶ
Ζησόμενον, πάσης ἀν' χθονὸς ἐσχατιήν.

Οὐδὲ



** Miſtáſque luctibus preces.*
*Parum virilis abſit eiulatio,*
*Abſint procul ſuſpiria.*
*Ne contumaces arguat potentia*
*Suprema ſancti numinis:*
*A quo piorum ſedibus Gallandius*
*Locatus æuum tranſigit.*

## IN ADRIANVM TVRNEBVM

Regium Græcæ Philoſophiæ Interpretem.

AVREA *quis nitidi depingat lumina ſolis?*
*Carmina ſplendori quis canat apta tuo?*
*Perſtringunt aciem radiantia lumina Phœbi:*
*Laudibus obſtupuit mens hebetata tuis.*
*Mitius ingenium, placidiq; modeſtia vultus,*
*Inſignis pietas, iudiciumq; ſagax:*
*Excultus doctrina animus, ſuadæq; venuſtas,*
*Et nitor eloquij, Pieriusq; canor:*
*Vis intenta manens ſtudiis, expérſque ſenectæ,*
*Oſſa minutatim depopulante lue.*
*Hinc tibi grande decus, puróque micantius aſtro*
*Contigit, illuſtris mnemoſynon ſophiæ,*
*Grande decus, rigido immitíque perennius æuo*
*Victurum, extremas orbis aduſque plagas.*



*Nec*

Οὐδ' γραφῆς ἐπιτυμβιδίου χρέος οἰχομένῳ πέρ
  Ἔσσεται, οὐκ ἀστῶν ἔμφρονος εὐλογίης.
Οἷον δ' ἀκτίνεσσι θοαῖς Ὑπερίονος αἴγλη
  Πυρφόροις ἀμφαίνει γαῖαν ἀμαιμάκετον.
Ὡς ἄρα φαίδιμον ὄμμα φαεινοτάτων σέο βίβλων
  Ἀστράπτει, λαοὺς πάντας ἐπερχόμενον.

# AMPLISSIMI VIRI FRANCISCI RICHARDOTI EPISCOPI ATREBATENSIS TVMVLVS.

Ad Clariſſimum virum Ioannem Richardotum, ſanctioris interiorisque conſilij Regij Senatorem.

P O S S E *putes fieri, ſancti pars magna ſenatus,*
*Perſtet vt Aonidum, qui fuit ante, canor?*
*Cùm modo ſit Muſis Phœbëius oſcen ademtus,*
*Cùm Philomela graues docta ciere modos:*
*Hoc pius Antiſtes cùm marmore contegat vno*
*Secum omnes Veneres, Caſtaliumq; decus.*
*Me tamen erepti reuerentia Præſulis vrget,*
*Inſolitumq; Lyra ſtrenua Muſa rapit:*
*Dumq; rapit, rapitur miro ſublata furore,*
*Et rapit attonitos ad ſua plectra viros,*
** Pinda-*



*Nec iam denati tumulo ſuperaddere carmen,*
*Nobile nec ciuis proderit elogium:*
*Ignibus vt rapidis rutilans Hyperionis ardor*
*Illuſtrat terras, terrigenumq; genus:*
*Sic tua ſcriptorum claro fulgore coruſcans*
*Gloria per gentes, per loca quæq; meat.*

** Pindarici fontis quæ non expauerit hauſtus,*
*Spernere quæ riuos auſa ſit, atq; lacus.*
*Iámque nouo præceps dederit noua nomina ponto,*
*Dum captat nubes, ac per inane volat,*
*Nequicquam Icariis innixa liquentibus alis,*
*Ni leuet hanc fauſti nominis aura tui.*
*Ergo, faue, lætáque ſimul bonus accipe fronte*
*Carmina, Dircæi comta nitore ſoni:*
*Carmina miſſa tui gemitum mulcere doloris,*
*Quem peperit diræ mortis acerba lues.*
*Gratáque ſi fuerint, hac nos mercede iuuabit*
*Tentauiſſe nouum carminis huius iter.*

IN

# ΕΙΣ ΤΟΝ ΤΟΥ ΦΡΑΓΚΙΣΚΟΥ
## ΡΙΧΑΡΔΩΤΟΥ ΑΤΡΕΒΑΤΕΩΣ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ
θάνατον ἐπικήδιον,

## ΕΙΔΟΣ ΠΙΝΔΑΡΙΚΟΝ.

Στροφὴ α, κῶλ. ιγ.

Σαμερον μὲν χρή σε παρ' Ἀτρεβατεῖ
Στάμεναι δάμῳ, πολύφαμον ἐπὶ
Θρῆνον χέοισα, Μοῖσα, σὺν
Φοίβῳ πατρὶ καὶ χάρισιν.
Μοισαγέταν δὲ πρέπει
Τὸν ἀποιχόμενον,
Ἐσλόν γε φῶτα, καὶ θεᾶν
Ὕμνοις διδόμεν.
Τὸν ἐπὶ κόλπῳ θρέψε ποτὲ
Κυαναιγὶς παρθένος,
Τῷ τ' ἐπιγουνιδίῳ
Νέκταρ ἐν χείλεσσιν ἔσταξε χάρις,
Ἀμβροσίαν τε σοφὰ Πειθὼ μελίφρων.

Ἀντιστροφὴ κῶλ. ιγ.

Τόνδε Παρνασσῶ κατέβρεξε ῥοαῖς
Χρυσοχαίτας Φοῖβος, ἰοπλοκάμων
Μοισᾶν τε κάλλιστος χορὸς,
Φοίβου χαρίεντος ἑπέ-
τας. θεοείκελον ὃς
Ἀίδα τελέων
Ψυχὰν ἀτειρεῖ, πάγγλυκυν
Ἔνδαιε πόθον

Ἀπε-



# IN FRANCISCI RICHARDOTI
## ATREBATENSIS EPISCOPI MORTEM
Epicedium.

## CARMEN PINDARICVM.

Strophe 1. Colon 13.

*HODIE oportet te apud Atrebatenſem populum ſtare, ô Muſa, celebrem lamentationem fundens Cum Phœbo patre & Charitibus. Decet enim Muſarum Ducem, bonum ſanè virum, etiam mortuum tradere hymnis Dearum: quem ſinu fouit quondam (Pallas) virgo ægide nigra inſignis: cuique genibus impoſito nectar labris inſtillauit gratia, & Ambroſiam docta Suada dulcis.*

Antiſtrophe. Colon *13.*

*Quem Parnaſsi fluentis rigauit auricomus Phœbus, & pulcherrimus chorus Muſarum violaceo capillo ſpectandarum, Phœbi feſtiui comes. Qui diuinam animam pendens orco immiti, perdulce accendit deſiderium*

K ſua

Απειράτοις ἀνδρεσσιν ἑᾶς
Σοφίας εὐανθέμου.
Ος τ' ὀδυναρὸν ἐνὶ
Καρδίαις ἀςῶν φίλων ἐμπάξατο
Ελκος, ὑπερφιάλῳ μοίρᾳ δαμασθείς.

Επῳδὸς κῶλ. ιε.

Τίς γαρ ἀνδρῶν κρέσσον ἐφαψάμενος
Απλόαις ζωᾶς κελεύθοις; πλειόνων
Τίς πάλαι καὶ γευσάμενος
Αρετᾶν; εὐαγορεί-
ᾳ περιγλώσσῳ τίς ὑπέρτερος ἄλλος;
Θρηΐκιος μὲν ἀοι-
δᾶν πρόσθε φορμικτὰς πατὴρ
Υψικόμων ὀρέων
Δειρὰς ἀνδυτεῖς, καὶ πυκνὸν
Αλσος ἔθελξε κλυτᾷ
Φόρμιγγι συναντόμενος,
Καὶ βαθυκρήμνους ζακότων
Ποταμῶν ἀκτὰς ἴαινεν.
Λόγιον δὲ ςόμα
Σεμνοῦ Ριχαρδότου πατρὸς

Στροφὴ β, κῶλ. ιγ.

Ουκ ἐλιννύσοντας ὄρινε πέτρους,
Ουτε μὲν ὕλας, ποταμῶν τε γένος,
Κλεινῶν δὲ Βελγῶν πραπίδας
Εὑρησιεπεῖ σοφίᾳ
Θεσπεσίων ἐπέων
Τέρπεν, εὐρυβίας

Αρχὸς



*ſuæ floridæ ſapientiæ in infinitis hominibus. Quique dolorificum infixit vlcus cordibus amicorum ciuium, à ſuperba Parca peremtus.*

Epodus. Colon 15.

*Ecquis enim hominum melius ingreſſus eſt ſimplicibus viis vitæ? Ecquis vnquam plures virtutes guſtauit? Ecquis alius fuit eximia eloquentia præſtantior? Threicius quidē Citharœdus carminum pater demulſit olim ardua cacumina montium in ſumma parte frondentum, & denſum nemus, cum inclyta cithara obuiam procedens, ripáſque profundas fluminum iracundorum leniit. Os autem diſertum venerandi Patris Richardoti*

Strophe 2. Colon 13.

*non immobilia ſaxa mouit, neque ſanè ſyluas, fluminúmque genus, ſed illuſtrium Belgarum mentes facunda ſapientia diuinorum verborum affecit, fortéſque*



*Duces,*

Αρχὺς τε καὶ παῖδας θεῶν
Χρυσοστεφάνους,
Ελαχον ὅσοι τ' ἔμφρονα καρ-
πὸν ἀμωμήτων φρενῶν.
Υψιβάτων ἐν Αθα-
ναῖ κολώνα καὶ Περικλῆς αἴτιον
Ανδράσιν ἀγρομένοις ἔκλαγξε βροντάν.

Αντιστροφὴ κῶλ. ιγ.

Αιολοβρέντας ἐρίδουπος ἅτε
Ζεὺς πατήρ. αἴθωνι λόγων κελάδῳ
Δίνασε Ρωμαίων πόλιν
Τερψίφρονος εὐεπίας
Ομμα φαεινότατον.
Θρασυμάχανος ὁ
Δὲ προστάτας ὅσα βοᾷ,
Ευφημοσύναν
Θαμὰ παραινῶν αἰθέριον,
Εδόνασε προπρεῶν
Αντιθέοις ἀγορὰς
Ενθέῳ μάστιγι πειθοῦς· ἐνδίκου
Τοῖς μὲν ἀγνὴν χείσιν ἀμφαίνων κρέοντος,

Επωδὸς κῶλ. ια.

Τοῖς δὲ παμπειθῆ γλυκεροῦ πατέρος
Μαλθακὴν ὀργὴν ἐνίπτων. οὔτε μιν
Χαλκοχαρμᾶν ἐνδομύχων
Πολέμων λαβραὶ νιφὰς,
Οὔτε μὰν ἕλκων ποτὲ χειρὸς ὀπίσω
Θυμὸς ἄτολμος ἐὼν





*Duces, & filios deorum (Reges) auro coronatos: et quotquot adepti ſunt inculpatum fructum mentis perſpicacis. [Præterea] in ardua vrbis [Athenarum] mole, Pericles congregatis viris fauſtum edidit tonitru.*

Antiſtrophe Colon 13.

*Jnſtar horriſoni Iouis patris celeriter tonantis. Rapido [quoque] ſono verborum verſauit Romanorum vrbem, eloquentiæ animos oblectantis oculus lucidiſſimus [Cicero] Sed hic Præſul audax in gerendis rebus, quanta contentione vocis, admonitionem cæleſtem frequenter tradens, alacriter permouit ſacras conciones diuino flagello perſuaſionis; his quidem ſincerum iudicium iuſti Regis denuncians.*

Epodus. Colon 15.

*Jllis verò dulcis patris lenem affectum indicans omnia perſuadentem. nec eum inteſtinorum bellorum ære gaudentium vehemens nimbus, nec profectò timidus animus [ceu] manu retro trahens*

Ἔργων παρέσφαλεν κάλων
Ἀνδροδάμαντι φόβῳ.
Ἐχθρῶν δ' ἀταρβεῖ παμβιᾶν
Νεῖκος ἄγων κεφαλᾷ
Θωρηκτομάχοις πολεμι-
στὰς ἀθωρήκιστος ἕλεν
Ἑαλωκὼς ἁδυγλώσσοις
Ὀάροις, ἐφέπων
Τερπνοῦ δίκαν Ἀμφίονος.

Στροφὴ γ. Κῶλ. ιγ.

Τὸν μὲν ὧν οὐκ ἔσφαλε χαλκοαρᾶν
Ἀντίων ἀνδρῶν μένος, οὐ νέμεσις.
Ἔκπαγλος, οὐ ῥιπαὶ τύχας,
Ὀξεῖα χρόνῳ μελέτα.
Τᾶς ἀγέλας ἔπεφνε,
Περικαδόμενον
Μάλων ὀπάονος δίκαν
Ἐνθυμοτάτου.
Θάνε σὺν οἱ θνάσκοντι χάρις,
Θάνε καὶ στάθμα βίου,
Σεμνὸν ἔρεισμα θάνε
Καὶ δίκας, μυστᾶν τε κίων ἀστραβής,
Μοισοπόλων τε χορῶν ἀδμάτων ἕρκος.

Ἀντιστροφὴ κῶλ. ιγ.

Ἦ ῥα παντοίαν ἀρετᾶν κορυφὰς
Ἅδε χερσαία κατέκρυψε κόνις,
Καὶ ταῖς δ' ἐν αἱμακουρίαις
Θαητὸν ἔμιξε φάος

Ανο-



*ab honeſtis factis vnquam tradu-xit, metu viros domante. Sed ho-ſtium omnino violentorum certa-men intrepido capite ſuſtinens, in-ermis armatos bellatores captus ce-pit ſuaui eloquio, morem ſequens venuſti Amphionis.*

Strophe 3. Colon *13.*

*Quem igitur non proſtrauit ar-matorum inimicorum impetus, non inuidia formidabilis, non tela fortunæ: acrior cura tandem gregis peremit [de eo] admodum ſollici-tum [Paſtoris] ouium pediſſequi animoſiſſimi in morem. [Porrò] extincta eſt ſimul eo extincto gra-tia, extincta quoque regula vitæ, extinctum etiam auguſtum iuſti-tiæ columen, Myſtarumq; firma columna, & literatorum cœtuum validum præſidium.*

Antiſtrophe Colon 13.

*Profectò terreſtris hic puluis ob-ruit omnis generis virtutum ca-cumina, & inter has inferias miſ-cuit admirandum lumen*

*ſtre-*

Ανορεᾶν. τί φίλῳ
Τόσον ἀνδρὶ ταμεῖν
Μίτων παλιμβάμους ὁδοὺς
Μοίρας ἀχάρις
Λύκιος ἔτλα φοῖβος, ἔτλα
Δὲ μελιφθόγγων κορᾶν
Καὶ χαρίτων ὅμαδος,
Αξίῳ ζωὰν ἀμεύσασθαι σοφοῦ
Νέστορος, ἢ κονίαν αὐτὰν Σιβύλλας;

Επῳδὸς κώλων ιε.

Αλλ' ὅμως ἀνδρῶν ἀδίκων ἀΐδα
Γαστριμάργου φείδεται λαυρὸν στόμα,
Οἱ βιαίαν οὐ κάτεχον
Φρεσὶν αἰανῆ κόρον,
Αλλὰ τὰν ἥβαν ὑπέροπλον ἔδρεψαν
Αμπλακίαισι φρενῶν,
Οσοι δ' ἐχθρὰν ὕβριος
Ευθυπόρησαν ὁδὸν
Θυμῷ γελῶντι, μόρσιμον
Οικτροτάτῳ θανάτῳ
Νηλεῖ πόρεν. ἦ μεγάλαν
Ωρσεν ἄταν ἀδυλόγων
Αρόταις ἁβροῖσι Μοισᾶν
Τόδε δωδεκάμη-
νον συμφορᾷ στυγνὸν τέλος,

Στροφὴ δ'. Κωλ. ιγ.

Ημος ἀκτίνων τριτάταν σοφίας
Ορφανίζει Πιερίδων τέμενος.

Τὸν



*ſtrenuitatis. Cur tam amico viro abſcindere filorum retrogradas vias parcas inſuaues, Lycius Phœbus paſſus eſt? paſſa quoque Melliſonarum puellarum & charitum caterua? [viro inquam] digno, qui vitam ſuperaret docti Neſtoris, aut puluerem ipſum Sibyllæ?*

Epodus Colon 15.

*Verum iniuſtis hominibus abſtinet os patulum helluonis orci, qui violentam non cohibent in animo tetram petulantiam, ſed inſolentem ætatem carpunt errore mentis. Quotquot autem iniuriæ inimicum iter ingreſſi ſunt animo hilari [eos] fatum miſerrimo letho crudeli dedit. Magnum certè detrimentum attulit venuſtis ſuauiloquarum Muſarum cultoribus hoc duodecim menſium ſpatium calamitate moleſtum.*

Strophe 4. Colon 13.

*Dum tribus ſapientiæ radiis orbat delubrum Pieridum.*

*L* *Gale-*

Τὸν μὲν Γαλιωνὸν, εὐκλέα
Παγὰν ἐπέων, μόριμος
Κλᾶρος ἔδαψε, σοφὸν
Ἱεροπρεπέων
Μοισᾶν προφάταν, καὶ φρενὸς
Ἀλκτῆρα νόσων.
Σὲ δὲ ποδάγρας ὀξὺ πάθος
Κτανε, Λενταλλήριε,
Τηλεφανῆ κορυφὰν
Εὐσεβείας, καὶ τρόπου ζωθαλμίου,
Μουσοδόκων μέγαν οἰκιστῆρα θώκων.

Ἀντιστροφὴ κώλων ιγ.

Καὶ σε δ' αἰχματᾶν σκοπὸν Ἀτρεβάτων,
Τοῦ νεοκμήτου Πυλάδαν, κάθελε
Πότμου βία δυσπενθέος,
Μὴ Κασταλίδων ἄδυτον
Δάκρυα θερμὰ λίποι,
Δνοφερός τε χιτών.
Τηλοῦ δέδορκεν οὔ ποτε
Τιμὰ Χαρίτων
Ἐν ὁμάδῳ, κουρᾶν τε Διός.
Ἀρεταῖ ὃς φαίδιμος,
Οὐ Φεδερῖκον, ἄγαν
Ὃς τεῶν θαύμαινεν αἴγλαν ἐργμάτων,
Καί περ ἄφαντον, ἀπεφλαύριξας ἔμπα.

Ἐπῳδὸς κῶλ. ιε.

Τὶν δὲ μοῖρ' εὐδαιμονίας ἕπεται
Ὀλβία ψυχὰ θεόφρων, δυσμόρου





*Galenum quidem, vberem fontem ſermonis, fatalis ſors abſumpſit, inſignem ſacrarum literarum interpretem, & propulſatorem morborum mentis. Te verò acutus podagræ morbus interfecit, Lentalleri, pietatis ac morum floridam vitam præbentium conſpicuum decus, ſedium Muſas excipientium magnum conditorem.*

Antiſtrophe Colon 13.

*Te quoque bellicoſorum Atrebatum Antiſtitem, nuper defuncti [Lentallerij] Pyladem vis luctuoſæ mortis abſtulit, ne Caſtalidum penetralibus deeſſent calidæ lacrymæ, & tenebricoſa veſtis. Cuius gloria quondam longè refulſit in Charitum cœtu & [Muſarum] filiarum Iouis. Qui virtute clarus, non Federicum tamen deſpexiſti, licet obſcurum, qui tuorum factorum ſplendorem valdè ſuſpiciebat.*

Epodus. Colon 15.

*Quanquam te ſors felicitatis comitatur, ô beata anima diuina cogitans,*

Ἀτ' ἀποικήσαισα χθονὸς,
Αλαλατῷ δυσμενεῖ
Καὶ παραλεόπτῳ μανίᾳ λαλαγεῦσας
Ενδομαχᾶν θορύβων,
Αἰῶνα πέπασαι ἀσφαλῆ
Δώμασιν οὐρανίοις.
Εἴη γὰρ ὦ θεῖαι φρένες
Αμμε μινυνθαδίοις
Ιχνεσιν ἐν ὑμετέροις
Ατρεκῆ νεῖμαι πόδα, καὶ
Γλυκὺν ἐκ ζωᾶς ἄωτον
Παναπήμονα θη-
ρεύειν ἀκνάμπτοις ἐλπίσι.

## IN IACOBVM PAMELVM AVDOMARENSIS ECCLESIAE EPISCOPVM DESIGNATVM TVMVLVS.

PAMELE *florebas nuper, ſed flore caduco,*
*Cui Geſſoriaci tradita cura gregis.*
*Dignus Neſtoreæ metam contingere vitæ,*
*Carpere vel Phrygij ſecula longa ſenis:*
*Nunc, cùm debueras, ſacro ſuffectus ouili,*
*Paſcere Paſtor oues, ac remouere lupos,*
*Cùm quæſita foret requies tibi certa laborum,*
*Reddita cùm ſtudiis præmia digna tuis:*
*Occidis ante diem, neq; in hæc te tempora ſeruas,*
*Infelix, vitæ proſperiora tuæ.*
*O nunquam ſors æqua tibi! dum turbine vaſto*
*Sæuit hiems, perſtas: dum fauet aura, ruis.*



*quæ poſtquam emigraſti ex hac infelice terra, quæ tumultu hoſtili, & peruerſo furore bellorum domeſticorum fremit, ſecuram agis ætatem in cæleſti domo. Porrò faxit Deus, ô diuinæ mentes, vt nos æui breuis in veſtigiis veſtris ſtabilem pedem dirigamus, & iucundum beatæ vitæ florem damni prorſus expertẽ firma ſpe ſectemur.*

## IN FRANCISCVM GRYPHIVM THEOLOGVM TVMVLVS.

QVOD *nuper Griphos et vatum ænigmata,* GRYPHI,
*Excuteres dubiis ingenioſa locis:*
*Quodq; velut Gryphes Scythicis è vallibus aurum,*
*Erueres ſacris aurea dicta libris:*
*Nominis omen erat tibi. Nunc mortalia linquens*
*Digna refers ſtudiis præmia, digna fide.*
*Namq; ſub Auroram, molli ceu lumina ſomno*
*Deuinctus, placida morte repente cadis.*
*Tale Biton quondam pretium, Cleobisq; tulerunt,*
*Munere diuino, pro pietate ſua.*

## IN DAGOLTHII OBITVM.

*Dum nuper viſit fratrem Dagolthius ægrum,*
*Et nimis admiſſo membra fatigat equo,*
*Occidit, at fratrem conuerſa morte redemit.*
*Sic Pollux vnà eſt factus, & Hippolytus.*

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΕΠΙΤΑΦΙΟΝ.

Μείζων ἠελίοιο φαεσφόρος ὧδε καθεύδει,
Ος καταδὺς γνωτῷ καὶ φάος ὦρσε βίου.

### Idem Latinè.

*Lucifer hac vrna vel maior ſole quieſcit:*
*Nam fratri lucem, dum cadit ipſe, tulit.*

## IN NVPTIAS ILLVSTRIVM PRINCIPVM GVLIELMI IALANI ET MAriæ Chriſtianæ Æchmondanæ Epithalamium.

EXPANDE *ventis vela procacibus*
*Latum per æquor, Muſa lyræ potens,*
*Neu turbulentos expaueſce*
*Horriferæ fremitus procellæ.*
*Aptanda chordis Principis inclyti*
*Spectata virtus, & decus enitens*
*Nympha verendæ, quos mariti*
*Vincula conſociant amoris.*
*Quis publicæ non lætitiæ comes*
*Vultu ſereno nubila differat?*
*Curas quis acres non retundat*
*Auſpiciis thalami ſecundis?*

*O ter*



*O ter beata coniuge coniugem*
*Te ter beatum, quæ tibi par pari*
*Coniuncta, virtutum renidet*
*Flore pari, Superûm fauore.*
*Latè refulget conſpicuus pudor,*
*Splendetq́ puro marmore purius*
*Intacta morum ſanctitas, &*
*Rara fides, animiq́ candor.*
*Hac nil ſagaci mente ſagacius,*
*Hoc nil decenti eſt ore decentius:*
*Vt mente Patrem, ſic pudicam*
*Ore refert generoſa Matrem.*
*Perſpecta clari gloria ſanguinis,*
*Et parta bello laurea multiplex,*
*Ac peruolans terras & vndas*
*Fama tua, pia Nympha, gentis.*
*Quis bellicoſos enumeret Duces?*
*Longaq́ tractos inde propagine*
*Fortes auos, & fortiores*
*Continua ſerie nepotes?*
*En ille magnus veſter Amurathes*
*Quid Marte poſſet, milite quid ſuo,*
*Senſere quondam contumaces*
*Saxones Oceani fluentis.*
*Germana pubes ſenſit, & horrida*
*Rigens ſub Arcto Scotia, Gallicæ*
*Senſere vires, dum fugatis*
*Francigenis, Equitum magiſtrum*

*Quin-*

*Quintiniana clade domat Ducem:*
*Dum ſæuientes impiger hoſtium*
*Vexare turmas, & frementem*
*Mittere equum medios per ignes,*

*Diffuſa Flandris finibus agmina*
*Hinc inde vaſto diruit impetu,*
*Campiſq; Gallorum cateruas*
*Liberius reprimit vagantes.*

*Hac laude clarum nomen in vltimas*
*Extendit oras: fulget honoribus*
*Inuicta virtus, quam nec acri*
*Dente teret ſenium, nec ætas.*

*O ter beato coniuge coniugem*
*Te ter beatam, quo neq; gratior*
*Quiſquam Camænis, dignior nec*
*Carpere Pierios honores:*

*Seu quis triumphos, factaq; fortia*
*Maiorum, ad arces ætheris euehat:*
*Seu quis ſacrum Muſis laborem*
*Blandiloquis fidibus maritet.*

*Vt fortiter te pro patria geras*
*Lalane Princeps, non lituo tamen*
*Solùm nec armis excitaris,*
*Non creperi fremitu duelli:*

*Doctrina ſed vim promouet inſitam*
*Blandas per artes. Eſt animus tibi*
*Rerumq; prudens, & ſecundis*
*Temporibus, dubiiſq; rectus:*

*Cul-*



*Cultorq; ſummi Numinis & timens,*
*Et patriæ, quæ te tibi charior,*
*Vindex, & immitem coërcens*
*Ingenio facili Gradinum.*

*Formæ venuſtum quid memorem decus?*
*Quid liberalis munera dexteræ?*
*Quid nectar oris, quo ſagaces,*
*Quo ſtupidum rapis aure vulgus?*

*Hac arte Nympham cedere neſciam*
*Poſt fata chari triſtia coniugis,*
*Impellis vnus, quam mariti*
*Flectere non potuere mille.*

*Sic veſtra virtus ſueta per inuia*
*Non vſitatum carpere tramitem,*
*Inuicta deuincendo, laudem*
*Laude noua veterem refellit.*

*O fauſta lecti copula, libero*
*Sequenda plauſu, mollibus & choris*
*Cantuq; fauſto, quam die non*
*Soluet amor citiùs ſuprema.*

*Hanc & ſecundos ducat ad exitus*
*Intaminati larga Dei manus,*
*Et prole, maternoq; fructu*
*Perpetuò renouet Penates.*

## ODÆ ET EPIGRAMMATA.



# AD GVLIELMVM SVDORIVM IVRISCONSVLTVM, ET REGIVM APVD Bolonienſ. Belgic. Aquar. Silua-rumq́ue iudicem.

Svdori columen decuſq́ue Iuris,
Qui patrocinij tui fauore
Orbatam viduam tegis marito,
Orbatum puerum tegis parente,
Mitto verſiculos tibi iocoſo
Conditos epigrammatum lepôre,
Et Graio & Latio nitore comptos;
Albanis licet Atticiſq́ue natos
Longè à finibus, horrido ſub axe,
Excultoq́ue parum, parumq́ue docto.
Qui ſi iudicio tuô vel imæ
Claſſis centuriam merentur imam,
Nil, te iudice, zoili morabor
Cenſoriſve notam ſeueriorem:
Nec ſi Scæuola finibus regundis
Præfectus referat rogationem
Cum Craſſo, metuam meo libello
Ne crimen peregrinitatis obſit.

# ΕΙΣ ΓΕΩΡΓΙΟΝ ΒΟΥΚΑΝΑΝΟΝ,

ποιητὴν δεινότατον.

## ΕΙΔΟΣ ΠΙΝΔΑΡΙΚΟΝ.

Στροφὴ Κώλων ι.

Φαντὶ ῥήσιες παλαιαὶ
Υἱὸν Αλκμήνας, ὅς οὔλυμ-
πόνδ᾽ ἔβα, πολλὰς ἐπὶ γᾶς,
Πολιᾶς θ᾽ ἁλὸς κτενὼν
Θῆρας αἰνοδίκας, Κελτῶν παρ᾽ ὄχθαις
Ανθρώπων ἀπορρίψαντα δεσμὸν
Ωσιν ἑλκύσαι τὸ πλῆθος,
Καὶ τὸ δ᾽ ἔπειτα καταχόμενον
Ζανὸς ἐξαίφνης ἐπέσθαι
Οβρίμω θάλει βιασθέν.

Αντιςροφὴ κώλ. ι.

Αλλὰ γαρύεσθ᾽ ἄμεινον
Ατ᾽ ἰσάζεται μελισσᾶν
Κηρίῳ τὰν Βουκανάνου
Γλυκερωτάταν ὄπα,
Τοῦ καὶ ἀπὸ ςόματος παγαὶ ῥέοντι
Αδυμελεῖς, ἐπέων νέκταρ χέοισαι,
Τὰν κορᾶν τᾶς χρυσοπέπλου
Μναμοσυνάας δόσιν ἁγνοτάταν,
Τῷ καταβρέχων ἰαίνει
Αλκίμων ἀνδρῶν ἀρούραν.





# IN GEORGIVM BVCANANVM

Poëtam grauiſſimum.

## CARMEN PINDARICVM.

Strophe Colon 10.

TRADVNT *antiquæ hiſtoriæ [Herculem] Alcmenes filium, qui cælo receptus eſt, interfectis terra maríque cano multis belluis pernicioſis, ad ripas Celtarum emiſſo ex ore vinculo, auribus traxiſſe vulgus: atque id poſtea delinitum, repentè ſecutum fuiſſe ſtrenuam Iouis ſobolem, vi coactũ.*

Antiſtrophe Colon 10.

*Verùm canere præſtiterit ſuauiſſimam Bucanani vocem, quæ apum fauum æquat, cuius ex ore manant fontes perdulces, verborum nectar fundentes, filiarum Mnemoſynes auream veſtem gerentis donum ſanctiſſimum, quo irrigans oblectat fortium & generoſorum virorum ſolum.*

Ἐπῳδὸς κῶλ. ια.

Παῖς γάρ τ' ἀκαμαντοπόδων
Βροντᾶν ἐλατῆ-
ρος Διὸς εἵλξεν ἄμουσον
Πρόσθεν ἀνθρώπων γένος·
Νῦν δ' ὀρθοβούλων καὶ σοφῶν
Ἀνδρῶν καρδίας ὅδε σύρει
Τῶν ἀγαφθέγκτων ἀοιδῶν,
Ἀδυφώνων καὶ μελῶν
Παντᾷ παράγων σοφίᾳ,
Τᾷ καὶ τοῦ εὐρυσθενοῦς
Ἡρακλέος πλώσυρτον ἕλκοι τὰν πέδαν.

## IN IOACHIMVM BELLAIVM Andinum Poëtam clariſſimum.

SEV *dicis Reges Diuûm genus, & fera Regum*
*Prælia, & hoſtili ſigna recepta manu:*
*Mænia ſeu denſa canis expugnata phalange,*
*Seu leges pacis, fœderaq́ue arcta refers:*

** Seu*

## ΕΙΣ ΕΡΡΙΚΟΝ ΣΤΕΦΑΝΟΝ,
τὸν τοῦ Ἀνακρέοντος ἀμύντορά τε καὶ ἑρμηνευτήν.

Ταίναρον ἀχλυόεντα κατήϊε θέσκελος Ὀρφεὺς
Εὐρυδίκης ἀλόχου φίλτρῳ ἱμασσόμενος,
Ρίψε δὲ καὶ παλίνορσον δύος ἤτων ἀπὸ κόλπων,
Περσεφόνην μολπῇ θελξάμενος κιθάρης.

Καὶ



Epodus Colon 11.

*Filius enim Iouis fulminum agitatoris indefatigabilium, rapuit antea litteris incultum & indoctum genus hominum. Hic verò nunc ſapientium & doctorum virorum corda ad ſe allicit carminum valde ſonantium & ſuauium modulorum ſapientia quolibet traducens, qua vel Herculis ipſius funem vulgus rapientem attrahat.*

** Seu iuuenem charæ raptum deſcribis amicæ,*
*Aut tumulo inſcribis marmora ſecta breui:*
*Seu, cùm feſtiuæ iuuat indulgere Camœnæ,*
*Ludis, & inuerſum nomen in omen abit:*
*Omnia Bellai bellè facis: omnia bellè*
*Cùm facias, vt tu nomen & omen habes.*

## IN HENRICVM STEPHANVM, Anacreontis aſſertorem & Interpretem.

TAENARIAS *adiit fauces cæca oſtia Ditis*
*Orpheus Eurydices percitus igne ſuæ.*
*Et latebris reducem ſtitit irremeabilis Orci,*
*Perſephonen blandæ dum mouet arte Lyræ.*

*Tu*

Καὶ σὺ μάκαρ σκοτόεντος ἀνήγαγες ἔξοθεν ἄντρου
Τήϊον, ἀῤῥήκτῳ κλεισμένον ἐν φυλακῇ.
Τήϊον ὀρφναίῃσιν ἐνὶ στρωθέντα κονίῃς
Εἵλξας ἄγων νοερὸν φωτὸς ἐπ' ἀτραπιτὸν,
Χρυσελάτῳ φόρμιγγι δυσαντέα φρουρὸν ἰαίνων,
Χρυσελάτῳ παλάμῃ δεσμὰ βιαζόμενος,
Πάντα λίθον, καὶ πάντα κάλων, καὶ πᾶσαν ἀνάγκην
Σείσας, οὐ μόχθοις, οὐ δαπάνῃσι καμών.
Εἰ δὲ μινυνθαδίην ὁμοδέμνιον ἐς φάος ἄξας
Ὠκύμορον πόσις κεῖνον ἔπραξε κλέος,
Ναὶ σύ γε Τήϊον ἄντρα βίου ποτὶ φέγγος ἀείρας
Ἀθάνατον δόξης τεύξεαι ἀθανάτου.

## ΕΙΣ ΦΛΩΡΕΝΤΑ ΧΡΙΣΤΙΑΝΟΝ,

τὰ τοῦ Φάβρου Πιβρακίου τετράστιχα ἑλληνιστὶ
καὶ ῥωμαϊστὶ ἐν ἔπεσι μεθερμηνεύσαντα.

Ξέσσε καλῶς τέκτων, καὶ ἐπὶ στάθμην ἴθυνε
Κελτὸς ἀνὴρ Κελτοῖς ἄρμενον ἐργασίην.
Τήνδε καὶ Ἀργείοισι καὶ Αὐσονίοισι τορεύεις
Κελτὸς ἀνὴρ, τέγγων ἀμφοτέρων χάρισιν,
Ἔμπα γε μὴν κρέσσων. ὁ γὰρ ἤρκεσε πατρίδι γαίῃ,
Καὶ σὺ καὶ ἀλλοδαποῖς ἔθνεσιν ἦρα φέρεις.

## ΕΙΣ ΙΩΑΝΝΗΝ ΚΑΡΠΕΝΤΗΙΟΝ,

Ἠσαΐου τοῦ προφήτου παραφραστήν.

Ἐξενέπειν μεμαῶτα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης
Ὄβριμον ἠνορέην βένθος ἐρύκακε.
Εὐκλέος Ἀμοσίδαο παρασφάλλει σέθεν ὕμνου,
Καὶ βαθὺς ἄμμε τεῆς εὐφυΐης ὀχετός.

Ὡς



*Tu quoque Tëigenam ſpeluncis eximis atris,*
*Qui prius infracto carcere clauſus erat,*
*Teigenam ſuperas in luminis elicis oras,*
*Nec ſinis obſcuro decubuiſſe ſitu:*
*Cuſtodemq́ ferum aurata teſtudine mulces,*
*Rumpis & aurata ferrea vincla manu,*
*Omne mouens ſaxum, omnem funẽ, atq; omnia verſans,*
*Neſcius impenſæ cedere, ſiue malis.*
*Si matrona breui-perituræ reddita luci*
*Coniugis egregium nobilitauit opus,*
*Tëion æterna quando tu in luce reponis,*
*Te decus æterna nobile laude manet.*

## IN FLORENTEM CHRISTIANVM,

qui Fabri Pibracij tetraſticha Græcis & Latinis
verſibus expreſſit.

*Dedolat arte Faber, iuſtamq́ ſecutus amuſſim*
*Exæquat Gallis vtile Gallus opus:*
*Gallus & hoc Graiis opus, Auſoniisq́ recudis,*
*Contingens grato gentis vtraq; ſale,*
*Scilicet vberior: patriæ nam profuit alter,*
*Gentibus externis tu quoque grata feres.*

## IN IOANNEM CARPENTEIVM

Eſaiæ Prophetæ Paraphraſten.

*Æquoris indomitas vires memorare parantem*
*Horriſoni terret vaſta vorago ſali:*
*Amoſidæq́ tui me laudibus altior arcet*
*Gurges, & ingenij vena profunda tui.*

N *Immen-*

Ὡς θέναρ εὐρυόεντος ἀπείριτον ἔπλετο πόντου,
  Ὡς σέθεν εὐεπίης πεῖρας ἀπειρέσιον.
Κύματα παφλάζουσι πολυσερφάλιγξιν ἀήταις,
  Λαίλαπι κυμαίνεις πνεύματος οὐρανίου.
Ἀφρῷ μορμύροντα καὶ οἴδματα θῖνα διαίνει,
  Θῖνα ῥοαῖς Μουσέων ἡμετέρην σὺ βρέχεις.
Ἀλλὰ καὶ ὡς ῥοθίων καταλείβεται ἁλμυρὸν ὕδωρ,
  Σὸν δὲ καὶ ἡδείης ἥδιον Ἀμβροσίης.
Αἰὲν νάει πόντοιο μέγας ῥόος, ἀέναόν σοι
  Καὶ μέλος ἀσβέστῳ ζήσεται ἀγλαΐῃ.

## IN FRANCISCI MONCÆII VIRI clariſſimi lucubrationes in Cantica Canticorum Salomonis.

F ORSITAN *hæc multis potuit laſciua videri*
  *Pagina, Dauididæ nobile Regis opus;*
*Ni tua, Moncæi, vigil & præclara lucerna*
  *Abdita luſtraſſet, quæ latuere diu.*
*Nam quæ blanditias habitu vultuq; ferebant,*
  *Arguit introrſum caſta, pudica, pia.*
*Fronti nulla fides: arcanos quære receſſus,*
  *Qui legis Hebræi myſtica ſacra Sophi.*





*Immenſum ſine fine patet, ſine legibus æquor:*
  *Eloquio poſita eſt meta nec vlla tuo.*
*Æſtuat vnda furens turbantibus æquora ventis:*
  *Tu quoque diuino turbine flante tumes.*
*Alluit & ſpumans reſonantia littora fluctus:*
  *Flumine Caſtalio pectora noſtra rigas.*
*Ille tamen ſalſus manat de fluctibus humor,*
  *Hic tuus eſt dulci dulcior Ambroſia.*
*Æquoreæ fons iugis aquæ eſt. tibi carminis alti*
  *Viuet inextincta luce perennis honos.*

## IN RAPTVM ORITHYIÆ A BARTHOlomæo Tagantio Gallicis verſibus deſcriptum.

EVMOLPIN *rapuit Boreas: Tagantius ambos*
  *Raptorem & raptam rurſus in aſtra rapit.*
*Dumq; rapit, rapitur diuino percitus œſtro,*
  *Et rapit attonitos ad ſua plectra viros.*
*Qui (mirum) inſanos venti cùm dicat amores,*
  *Ventoſum iures hic tamen eſſe nihil.*

## AD ANDREAM HOIVM, LVCÆ ſacra luce Anezini conuiuam.

ACCEPIT *nuper Moſchus te diuite cœna:*
  *Te dape nunc feſta Moſchus & alter habet.*
*Cæleſtes at vterque animis apponere menſas*
  *Ditior: hic libris ſcilicet, ille labris.*

## ΦΕΔΕΡΙΚΩι ΜΟΡΕΛΛΩι,

τῷ τῶν Ῥωμαικῶν γραμμάτων βασιλείῳ ἐξηγητῇ.

Ω τὴν Παρισίων πόλιν ἀγλαΐῃσι γεραίρων,
 Καὶ νόον ἡλικίης κρείττονα φερβόμενος,
Ἠνίδε τοι τυροῖο τὸ δ' οὔτατον (οὐ γὰρ ἀφειδὴς
 Τυρὸς) ὃ Βηθουνίης κλῆσιν ἔχει πόλεος.
Ἐσσόμενον δ' ἐρατεινὸν, ἐπεὶ νόμῳ ἰητάων
 Τυρὸς ἐὺς τὸν χεὶρ ὤπασε φειδομένη.

### ΕΙΣ ΜΕΥΧΗΝΑ ΙΑΤΡΟΝ.

Χὴν πάλαι Αὐσονίοισιν ἐπήρκεσε λοιγὸν ὁμοκλῇ:
 Χὼ Μεῦ-Χὴν ἰαχαῖς ἦσιν ἀλεξίμορος.
Ἔμπα γε μὴν καναχεῖν οὐδὲ φέρτερος. ἢ γὰρ ἐκείνου
 Γεῦτο μὴν χρειώ, τοῦδε θαμειοτέρη.

### IN MORDACEM QVENDAM.

*Quemlibet opprobriis Mordax mordere paratus,*
 *Raptaq́; mordaci mandere dente ferox,*
*Hic neq́; procubuit moriens, nec humum ore momordit,*
 *Sed ſtetit, alituum morſibus eſca feris.*

### AD FRANCISCVM MOSCHVM ELEGEIA.

*Deſine mirari, cur non tibi, Moſche, receptum,*
 *Perſoluo mendax hoſpitis officium.*
*Dum Cauri pluuio contriſtant frigore cælum,*
 *Dum rapidus ruptis æſtuat obiicibus*
*Amnis, & obducto latè tenet omnia limo,*
 *Dum ruit & turbo creber agens hiemem.*
*Hinc amor, inde trahunt inuiſa negotia pridem*
 *Attrebatum, & me illuc mens animusq́; ferunt.*

** Obſtat*



## AD FEDERICVM MORELLVM,

Regium Latinarum literarum Profeſſorem.

O QVI *Pariſiam decoras virtutibus vrbem,*
 *Quiq́; foues annis doctius ingenium:*
*En tibi particula preſsi, non copia, lactis,*
 *Quæ Bethunæa nomen ab vrbe tenet.*
*Grata futura tamen: veteri nam lege Medentum*
 *Caſeus ille bonus quem dat auara manus.*

### IN MEVCHENEM MEDICVM

FATA *olim ſtrepitu latia Chen propulit arce:*
 *Et Meü-Chen læto fata ſonore fugat.*
*Scilicet inſtrepere hic melior: nam profuit alter*
 *Ille ſemel: noſtri denſior vſus erit.*

** Obſtat hiems, reuocant ſpirantes frigora venti.*
 *Imbribus aſsiduis vda reclamat humus.*
*Æquior at nobis ſi mox indulgeat aër,*
 *Humida ſi cæli temperat arua tepor:*
*Bruma gelu vel claudat agros Aquilone rigentes,*
 *Vndaq́; ſit plauſtris hoſpita, non ratibus:*
*Nec mora nec requies, quin ad tua tecta vehamur,*
 *Aut pedibus læti conficiamus iter.*
*Detur vt alloquiis hibernos tendere ſoles,*
 *Et teneros fructus carpere Pieridum.*
*Sin aliter, placido certum eſt decedere veri:*
 *Floridulis & te viſere cum Zephyris.*
*Ergo vale, noſtriq́; memor, mi Moſche, ſalutis*
 *Conſule: te ſano viuere dulce mihi eſt.*

## ΕΙΣ ΕΡΩΤΟΣ ΑΝΔΡΙΑΝΤΑ

### Διαλογισμός.

Λέγε ζωγράφων ἄριστε,
Ὅδε παῖς τίς καλεῖται;
Ὅδε παῖς ὁ τῆς Κυθήρης.
Τί δ᾽ ἄγει βέλη φαρέτρης;
Ὅτι καρδίας δαΐζειν
Μερόπων ἕτοιμός ἐστιν.
Τί δὲ ψιλὸς ἐστὶ σῶμα;
Ὅτι νήπιοι χιτώνων
Λόγον οὐκ ἔχουσι παῖδες.
Τί δὲ παῖς ἀνηβός ἐστιν;
Ὅτι νήπιοι δοκοῦσιν
Ἅμα παιδίοις ἐρασταί.
Πτερὰ πῶς φέρει κατ᾽ ὤμων;
Ὅτι πολλὰ πεπλάνηται
Ἐπὶ καρδίαισιν ἀνδρῶν.
Τί γὰρ οὐκ ἔχει μέτωπον;
Τί δ᾽ ἔρωτι καὶ μετώπῳ;
Φιλοπάρθενον γὰρ αἰδῶ
Ἰδίων ἀπεῖρξε θώκων.
Ἄρα τίς μιν ἐστέρησε
Πολυφεγγέων ὀπωπῶν;
Παφίης ἄπληστος ὁρμή.
Τίνα δ᾽ ἡγέτην λέλογχεν;
Ἀνάπαυσιν, οἶνον, ὕπνον.
Τίνα σύγγονον λέλογχε;
Κακὸν ἔχθος, ἄλγος, Ἄρην.





## IN AMORIS STATVAM

### Dialogiſmus.

*Age dic perite pictor*
*Mihi, cuius eſt puellus?*
*Veneris. quid hic recludit*
*Pharetra leues ſagittas?*
*Fera ſcilicet paratus*
*Hominum ferire corda.*
*Quid aperta membra nudat?*
*Quia negligi tenellis*
*Pueris ſolent amictus.*
*Puerilis vnde vultus?*
*Qui amant rudes habentur*
*Stolidíque, ceu puelli.*
*Humeris quid aptat alas?*
*Volitando quod pererret*
*Hominum ſubinde corda.*
*Sed is vnde frontis exors?*
*Quid eget Cupido fronte?*
*Solitus loco pudorem*
*Remouere virginalem.*
*Quis ademit huic acutos*
*Nitidoſq́; lucis orbes?*
*Paphiæ libido præceps.*
*Sibi quos duces parauit?*
*Requiem, merum, ſoporem.*
*Quibus vtitur propinquis?*
*Odio, dolore, Marte.*

Τί πελιδνός ἐστιν ὄψιν;
Οτι πολλόθεν δονοῦνται
Στοναχαί τε καὶ μέριμναι.
Ο δὲ πῶς θεοῖς ἐμίχθη;
Ασεβεῖ βροτῶν μενοινῇ.
Αθέμιστον ἔθνος ἀνδρῶν
Κακίην ὅταν φιλήσῃ,
Κακίην δόλῳ σκεπάζει.

## ΕΡΩΣ ΤΕΚΤΩΝ.

Ερως ποτ᾽ ἐν βροτοῖσι
Δραμών τε καὶ πετασθεὶς
Τὰ τῶν βροτῶν μετῆλθε,
Τέκτων ὅπως γένηται.
Αλλ᾽ οὐδὲ τόσσον αὐτῷ
Τέχνης μέλει κακούργου,
Οσσον τέχνῃ κακούργῳ
Ανδρῶν κέαρ δαμάζειν.
Τὴν ἐσχάρην τὸ πρῶτον
Εν καρδίῃ καθίσας,
Τοῖς δακρύοις ἔτεγξε
Τῶν ἀθλίων ἐραστῶν.
Στόνοις δὲ καὶ γοώντων
Ασκῶν ὕπερ κέχρηται,
Αντ᾽ ἀνθράκων δὲ φλεψίν,
Αντ᾽ ἀκμόνος δὲ σαρκὶ
Τὴν ἥπατος λέγουσιν,
Οπου βέλεμνα τεύχει,

Μίσγων



Quid amoris ora liuent?
Gemitu quòd hinc amantes
Agitentur, inde curis.
Quis eum polo beauit?
Scelus impium virorum.
Scelerata gens & exlex
Vbi ſe dedit nefandis,
Tegit & dolo nefanda.

## AMOR FABER.

Nuper volante curſu
Terras Amor peragrans,
Humana mouit, artis
Fabræ ſciens vt eſſet.
Nec tam nocentis artis
Inuaſit hunc cupido,
Hac arte quàm nocente
Mortale cor domandi.
Primum focum perennem
Præcordiis locauit,
Et lacrymis miſellûm
Amantium rigauit.
Pro follibus, gementum
Suſpiriis abutens:
Veniſque, pro rubente
Carbone: pro fabrili
Incude, denſiore
Iecuſculo, volucres
Vbi parat ſagittas

Et

Μίσγων χολὴν ἄκεστον
Κακοπραγεῖ σιδήρῳ.
Καὶ καρδίας δὲ ῥινῇ
Στερρῷ ψίφῳ χαράσσει,
Τὰς ἄρτι τὰς μερίμνας
Εὐελπίῃ τε θέλγων,
Καὶ τὰς ὄπισθε πάσας
Εὐπειθίῃ συνάπτων:
Τέλος δ', καὶ τὸ χεῖρον,
Ἐπὴν ἁμαρτάνῃ τι
Τέκτων νέος γ' ἐκεῖνος,
Μόνοις ἴαψε, τέχνης
Ἐν οἷς ἔδωκε πεῖραν.

## ΕΙΣ ΑΝΑΡΚΕΟΝΤΑ.

Δοκεῖ λίαν Βάθυλλον,
Δοκεῖ πλέον δὲ Βάκχον
Ἀνακρέων φιλῆσαι.
Σὺν τῷ γὰρ εἴτε πίνειν,
Εἴτ' αὖ ἔρωτας ᾄδειν,
Ἢ βρόγχον ἢ πάπυρον
Αὐτὴν ἔτεγγε Βάκχῳ:
Ἀλλ' ἧττον οὐδὲ Βάκχῳ
Ἤρεσκε κἀφιλήθη.
Ἀφηρπάγη γὰρ αὐτοῦ
Καὶ ῥαγίῳ δαμασθείς.

ΦΡΑΓ-



*Et æra ſæua tingit*
*Amariore felle.*
*Quin & tacente lima*
*Humana corda radit:*
*Bonæ ſpeíque plenus*
*Curas leuat recentes,*
*Et credula futuras*
*Opinione nectit.*
*Sed hoc magis dolendum,*
*Quòd quicquid ille peccat*
*Tyro manu fabrili,*
*In hos redundat, artis*
*In queîs facit periclum.*

## IN ANACREONTEM.

*Multum quidem Bathyllum,*
*Sed plus amaſſe Bacchum*
*Anacreon videtur.*
*Nam ſeu perenne potat,*
*Ignes ſuóſve cantat,*
*Aut guttur aut Papyrum*
*Baccho rigabat. At non*
*Baccho minúſve gratus*
*Fuit, minúſve charus.*
*Nam raptus eſt ab ipſo*
*Peremptus hic racemo.*

O 2 AD

## ΦΡΑΓΚΙΣΚΩΙ ΜΟΣΧΩΙ.

Ει λύσαιο τεὴν ἑταῖρε πίστιν,
Ει δύσαιο μολὼν ἐμὴν ἔπαυλιν
Καυστῇ βώλακι ἄρτι συμπαγεῖσαν,
Ες μεσημβρινὸν αὔριόν σε μένω.
Ευτελεῖ μὲν ἀριστάοις διαίτῃ,
Ου στρυφνῇ δέ κεν, οὐδ' ἀπειροκάλῳ,
Αστείῳ λόγῳ, οὐ λαγῷ μιγείσῃ.

## VOTA PRO VITE,

### Diuis tutelaribus.

GEORGI *optime, tuq́ Nicolae,*
*Et Iacobe ſimul, Philippe, Marce,*
*Vos ô deniq́ vitium potentes*
*Felices animæ, quot eſtis omnes,*
*Tutos reddite palmites ab omni*
*Labe floridulos, tenellulasq́*
*Gemmas: ne Boreæ truces adurant*
*Flatus: neu glacie ſecent acuta,*
*Diræ grandinis imbre verberatas.*
*Exuccæ ſimul aruēre vites,*
*Sicci protinus horruere vates.*
*Teſtis Ennius, & Pater Cratinus,*
*Nil vates ſine vitibus poteſſe.*

AD



## AD FRANCISCVM MOSCHVM.

S I *tuam fidem, Amice, liberare,*
*Noſtram ſi pote villulam ſubire,*
*Cocto ceſpite nuper aggeratam,*
*Cras te de medio die manebo.*
*Prandebis tenui quidem apparatu,*
*Sed non illepido, neq́ inſuaui:*
*Non mæſto lepore, at lepôre miſto.*

## AD ANDREAM HOIVM.

ECQVAM *tibi, Hoi, gratiam* [1] *redandruem,*
*Pro* [2] *totmodis* [3] *alebriis,*
*Tantisq́* [4] *copûm rerum opimitatibus?*
*Prandi quod æquipondium*
[5] *Redhoſtiam?* [6] *triface non longurio*
*Trucem* [7] *biſetum* [8] *ſtinxerim:*
*Non celere* [9] *Lauricem* [10] *pedæ curſu aſſequar:*
[11] *Acceptor haud mihi* [12] *gumia,*
[13] *Picato & vngue,* [14] *mattiis & querqueris,*
*Solers* [15] *Ityn prædarier.*
*Ponam* [16] *neronis* [17] *itali præſegmina*
*Elixa, tincta ſale, herbulis:*
*Armumq́* [18] *ſubuerbuſtum opimati* [19] *aruigi*
*Spadonis, & Phœbigenæ auem*
*Sed euiratam & altilem.* [20] *adiuuo pyra*
*Pauxilla de pauxillulis,*

1 Referam. Feſt.
2 Catull. Correctore Scaligero.
3 Alimētis. Feſt.
4 Copioſarum. Feſt.
5 Retribuā. Feſt.
6 Tricubitali haſta. Feſt.
7 Aprū Feſt.
8 Antiquè pro extinxerim. Lucret. & Cic.
9 Leporem.
10 Veſtigij. Feſt.
11. Accipiter Antiquè.
12 Vorax.
13 Adunco.
14 Malis aſperis. Feſt.
15 Accipiter Homero dicitur φασσοφόνος. i. phaſianos occidens. Iliad. o
16 Robuſti. Gell.
17 Bouis. Feſt
18 Verubus vſtū Plaut.
19 Arietis.
20 Addo, Antiquè. Catul.



[21] *Poſto*

[21] *Poſto ſed autumno ſalubria:* [22] *hirneam*
*Meriq;* [23] *calpar* [24] *inſipans.*
*Puſilla nil hæc ad tua: vtraq; attamen*
*Æquis* [25] *aginæ lancibus*
*Examinentur; vrbica tuæ dapi*
*Præponderabit ruſtica.*
*Tu* [26] *vitulans &* [27] *viriatus, à mea*
*Frugaliore menſula*
[28] *Repedabis ad Laræ* [29] *nefrendes: dubia ego*
[30] *Deſurgo cæna pallidus.*

21 Depoſito ſucco crudo Autumni. Iuuenal.
22 Pateram. Plaut. & Cato.
23 Scyphũ. Feſt. & Var.
24 Ingerens. Feſt.
25 In qua ſe vertit Trutina. Feſt.
26 Exultans & lætus. Ennius.
27 Robuſtus & valens. Non.
28 Hoius ex Lucilio.
29 Liberos, Feſt. id eſt, Ad tuos lares.
30 Hor.

AD

## ΕΙΣ ΥΦΙΛΟΝ.

Θέλει μὲν ἐνθεῖν νωχελεῖς βώτας Μάρων,
Θέλει δὲ Μῶσα Σικελίς.
Σὺ δ' αὖ συβώτας, οὐ σὺ βώτας ἐννέπων,
Οὐχ ἁδὺ Μόσχῳ γαρύεις.
Μυκηθμὸς οἱ γάρ ἐστιν ἅλις βοῶν,
Γρυλλισμὸς οὐχ ἅδει συῶν.

ΕΙΣ



## AD FRANCISCVM MOSCHVM, DE MYSTODOCHIO ARMENTERIENSI publicè aucto atque amplificato.

SIT *domus aucta licet ſumptu tibi, Moſche, tuorum;*
*Auctior illa tamen munere facta tuo eſt.*
*Nam quæ vni tantùm fuerat priùs hoſpita Myſtæ,*
*Nunc ſimul & Myſten Muſageteńq; capit.*
*Iure poteſt igitur per te cognomine dici*
*Non modò myſtodocos, ſed quoq; Muſodocos.*

---

## INSCRIPTIO FONTIS ANESINIACI.

*Limpidius nihil eſt, Hoſpes, nihil alſius iſto*
*Fonte, leuare ſitim, ſiue lauare iuuat.*

## IN HYPHILVM.

VENISSE *tardos vult Bubulcos & Maro,*
*Vult & Camœna Sicelis.*
*Tu dum ſubulcos, non bubulcos aſſeris,*
*Haud grata Moſcho perſonas.*
*Mugitus illi nam boum gratiſſimus,*
*Grunitus haud placet ſuum.*

IN

## ΕΙΣ ΤΑΣ ΤΩΥ ΡΩΒΕΡΤΟΥ ΟΒΡΥΖΟΥ
### Θεολόγου τε καὶ ποιητοῦ σοφωτάτου Επιςολάς.

Χριστιάδας ὅτε μουσοπόλευς σέο Μοῦσα προσαυδᾷ,
Καὶ σοφίων ἀνδρῶν αἰθέρος ἀξιοῖ,
Φαιδομένῳ τ' Οβρυζε, καὶ ἀφθόνῳ ἀνδρὶ ἔοικας,
Δόξαν ἄγων ἄλλοις, τὴν δέ τε σοὶ φθονέων.
Ου σέο γὰρ ζῶντος ἦν προφερέστερος ἄλλος
Αονίου νέμεος καρπὸν ἀποδρεπέμεν.
Ειτε χρεὼ τέχνας ἐφορᾶν, ἀμπνεύματέ Μούσαις
Ιερὸν, εἴτ' ἀρετὴν, εἴτε καὶ εὐσεβίην.
Αλλὰ καὶ ὣς μνήσειρα φάτις θανέοντα καθέξει,
Καὶ σύ κεν ὃ σφετέροις δῶκας ἄροιο κλέος.

## ΕΙΣ ΠΑΝΑΓΙΟΝ ΣΑΛΙΟΝ.

Ευθ' ἁγίη τοι Μοῦσα πέλει, καὶ ἁλσὶ τέτεγκται,
Εικότα δὴ Σάλιος, Παναγιός τε κλύεις.
Ος δ' ἀσεβῆ μολπὴν ἅμα καὶ ἀπαταλῶσαν ἀθύρει,
Οὗτος ἔμοιγ' Αλιος, κ' Ανάγιος τελέθοι.
Ως πρέπει εὐσεβέας ἔμμεν ἔπη, καὶ σεμνὸν ἀοιδὸν
Χριστιάδην, καὶ ἅλας κεδνὸν ἄτερθε χολῆς.





## IN ROBERTI OBRYSII, THEOlogi & poëtæ eruditiſſimi, Epiſtolas.

DVM *tua Chriſtiadas compellat carmine vates*
*Pieris, & cœlo nomina docta beat:*
*Prodigus, Obryzi, pariter parcuſq; videris,*
*Qui laudes alios, inuideaſq; tibi.*
*Scilicet haud viuo fuerat te dignior alter,*
*Qui nemoris fructus carperet Aonij.*
*Seu ſpectandæ artes, & conſecrata Camœnis*
*Otia, ſeu virtus, & pietatis honos.*
*Nec minus extinctus memori celebrabere fama,*
*Quodq; tuis dederas, tu decus ipſe feres.*

## IN PANAGIVM SALIVM.

*Cùm tibi ſancta, Sali, cùm ſit ſale tincta Camœna,*
*Tu Salius meritò Panagiuſq; clues.*
*Impia qui contrà laſciuáque carmina ludit,*
*Hic Halius nobis Anagiuſq; fuat.*
*Sic verſus decet eſſe pios, caſtúmque Poëtam,*
*Chriſtiaden, puros, & ſine felle, ſales.*

## IN EVNDEM.

*Cùm tibi ſit Panagi, mens ſancta in corpore ſano.*
*Panygies dici Panagiuſque potes.*

# ANAGRAMMATA.

## AD IOANNEM AVRATVM
### POETAM ET INTERPRETEM REGIVM.

Si qua reuoluenti eſt homini mea ſcripta voluptas,
Si qua venus ſcriptis, ſi lepor vllus ineſt,
Mente equidem ſemper memori grataque fatebor,
Aurate, id totum muneris eſſe tui.
Namque ego me puerum memini rudioribus annis,
Imberbis Tyro dum tua caſtra ſequor,
Cecropios haurire tuo de fonte liquores,
Libantem teneris aurea dicta labris,
Grandia ſeu nobis Dircæi carmina cycni
Excutis, obſcuro quæ latuere ſitu:
Seu ſoluis nodos, Phrygiæque ænigmata vatis,
Chalcidica quondam Græca notata manu:
Vndique conueniens ſtudioſas applicat aures
Turba, Lycophronios erudienda modos.

Addit



Addit ſe ſocium, & ſocios ſupereminet omnes
Ronſardus, patriæ maximus arte lyræ.
Hos inter, ſpiſſę fueram pars ima coronę,
Inſtar apis thymbras & thyma grata legens.
Ne tamen iſta putes leuibus me credita ventis
Nequicquam ex animo depoſuiſſe meo,
Mitto tibi (quamuis in ſyluam ligna reponens)
Hæc anagrammatico carmina tincta ſale.
Flumina ſic totum variè diffuſa per orbem
In mare præcipiti lapſa feruntur aqua.

## AD AMPLISSIMVM VIRVM WILLERMVM PAMELIVM,
### SANCTIORIS INTERIORISQVE
Conſilij Regij Præſidem æquiſſimum.

### ANAGRAMMA.

VVILLERMVS PAMELIVS.

MILLE VIR PALMEVS VSV.

*Qvi victrix ceu Palma vires; ceu Palma, Pameli*
*Impoſitum contra grande reſurgis onus:*
*Quiq; vnus vel* MILLE *inſtar* VIR PALMEVS VSV *es*
*Mille iuuas; multis millibus vnus ades:*
*Accipe fraternæ gratantia carmina laudi,*
*Accipe fraterna carmina mœſta nece.*
*Sic mutat fortuna vices, ſic gaudia fletu*
*Temperat, & dulci miſcet amaritiem.*
*Hæc tibi ſi placeant, ſi qualiacunq; probentur,*
*Præmia me ſtudij magna tuliſſe putem.*



IN

# ΕΙΣ ΙΑΚΩΒΟΝ ΠΑΜΕΛΙΟΝ,

τῆς Αὐδομαρέων ἐκκλησίας Ἐπίσκοπον χειροτονηθέντα.

ΙΑΚΩΒΟΣ ΠΑΜΕΛΙΟΣ.

ΜΑΛΑ ΣΙΩ ΟΠΙ ΒΟΣΚΕ
ΚΟΠΟΣ Α ΒΙΑ ΩΣ ΜΕΛΙ.

Ερμηνεὺς τὸ πάροιθε σοφαῖς ἐγράψαο δέλτοις
Τῶν προγόνων σοφίας μνᾶμα θεοπρεπέος.
ΜΑΛΑ ΣΙΩ δ' ΟΠΙ ΒΟΣΚΕ· θεόσδοτος εὖτέ γε ποιμήν,
Τῷ κ' ΟΠΟΣ ἀδύρροις Α ΒΙΑ ΩΣ τὸ ΜΕΛΙ.
Αμφότερον γραπτήρ τ' ἀγαθὸς, λιγυρὸς τ' ἀρητὴρ,
Τὼς διδύμαν χαρίτων σεμνὸν ἄροιο κλέος.

# ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ

ἄρτι τεθνηκότα.

ΙΑΚΩΒΟΣ ΠΑΜΕΛΙΟΣ.

ΣΚΙΑ, Ω ΠΑΜΕΛ' Ο ΒΙΟΣ.

Οἱ πρώην ἐπέοικε μεμηλότα πώεα βόσκειν,
Α, βόσκεις αἴγλης ἄμμορος ἀσκαρίδας.
Ως ἄρα τοι δρέψαντι πόνων γέρας ᾤχετο φεύγων
Κραιπνὸς ἅτε ΣΚΙΑ Ω ΠΑΜΕΛ' ἐὼν Ο ΒΙΟΣ.

IN



# IN IACOBVM PAMELIVM

AVDOMARENSIS ECCLESIÆ EPIſcopum deſignatum.

IACOBVS PAMELIVS.

Oues Dei voce paſcito. etenim vocis
vis [eſt] tanquam mel.

INTERPRES *quondam veterum monimenta virorum*
*Signabas chartæ ſplendidiore nota:*
*Paſce Dei nunc voce gregem: tu munere Chriſti*
*Paſtor es, & melli par tibi vocis honos.*
*Nobilis & ſcriptor, facundus & ore ſacerdos,*
*Sic referas gemina laude perenne decus.*

# IN EVNDEM

recèns mortuum.

IACOBVS PAMELIVS.

Vmbra [eſt] ô Pamele, vita.

*Paſcere quem decuit commiſſum nuper ouile,*
*Eheu, nunc vermes lumine caſſus alis.*
*Sic tibi, dum meritis dignos decerpis honores,*
*Vt leuis vmbra fugax, Pamele, vita perit.*

 Non

## ROBERTI OBRISII INSIGNIS THEOlogi & poëtæ tumulus anagrammaticus.

ROBERTVS OBRISIVS.
SVBER ISTIVS ROBOR.

CORPORIS *aſsiduo fractus dum membra dolore*
*Obriſius, vitæ languida fata trahit;*
*Durat in extremum tantæ ſuccumbere moli*
*Neſcius, ingenij, qui fuit antè, vigor.*
*Ignea non illum febris, non ſæua podagræ*
*Spicula, non quaſſans tuſsis vtrunque latus,*

** Non*

## ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ.

ΡΩΒΕΡΤΟΣ ΟΒΡΙΣΙΟΣ.
ΒΙΟΣ, Ω ΒΡΟΤΕ, ΣΙΡΡΟΣ.

Σπέρμα δέμας τεὸν ἔσκε, τὸ οἱ ΒΙΟΣ, Ω ΒΡΟΤΕ, ΣΙΡΡΟΣ,
Σπεῖρε μιν ὁ σπείρων γῇ καταθηκάμενος
Ἀσθενὲς, ἀκλεὲς, ἠδὲ βροτήσιον· αὐτὰρ ἐγερσεῖ
Εὐσθενὲς, εὐκλειὲς, κἄβροτον ἐσσόμενον.

---

## ΕΙΣ ΤΟ ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ἀνδρὸς ΙΟΥΣΤΟΥ ΛΙΨΙΟΥ βιβλίον περὶ καρτερίας.

ΙΟΥΣΤΟΣ ΛΙΨΙΟΣ.
ΛΙΟΣ ΙΣ, ΟΥΤ' ΟΨΙΣ.

Φαντὶ λεοντείην ἐπιειμένον Ἡρακλῆα
Τὸν Διὸς, ἐκπέρσαι θῆρας ἀνδροδίκας.
Καὶ σὺ λεοντείοισι, μάκαρ, στήθεσι πεποιθὼς,
Χείρονα δάμνησαι τῶν πραπίδων τέρατα:

Ἐλπί-



** Non pituita graues implens marcore lacunas*
*Seuocat à Muſis eloquijſque ſacris.*
ISTIVS *at* ROBOR *tanquam immerſabile* SVBER
*Perſtat, & inſanis fortiter obſtat aquis.*
*Donec Cælicolûm tandem dictante Magiſtro,*
*Quem penes & vitæ eſt, & necis arbitrium,*
*Poſt exantlatos inuicta mente labores,*
*Corpus humo tegitur, ſpiritus aſtra petit.*
*Corpus humo tegitur: ſed gloria funere maior*
*Surget, & Aonia laude perennis erit.*

## IN EVNDEM.

ROBERTVS OBRISIVS.
Vita, ô Homo, capſa eſt ſeminis.

SEMEN *erat corpus tibi, ô Homo, vitaque capſa*
*Seminis, hoc terræ credidit ille ſator*
*Incelebre, inualidum, mortale: at tollet honore*
*Conſpicuum, firmum robore, morte carens.*

---

## IN ERVDITISSIMI VIRI IVSTI LIPSII Librum de Conſtantia.

IVSTVS LIPSIVS.
Leonis vis, non viſus.

CINCTA *leonino ſpolio Iouis inclyta proles*
*Dicitur immanes depopulaſſe feras.*
*Tuque leonino confiſus pectore,* LIPSI,
*Monſtra animi longè deteriora domas:*

*Speſque*

Ἐλπίδας, ἠδὲ φόβους, κενὰ χάρματα, κήδεα τρίψας,
   Ποσσὶν ὑποστῆσαι καὶ τὰ διδαξάμενος.
Μειλιχίης δ' ὀργῆσιν ὅσον νόος εἶξεν ἀπηνὴς,
   Τόσσον νῦν εἴκει σοι κλέος Ἡρακλέους.
Χ' ὥγε λεοντώδες βλοσυρώτερος ὄμμασι λεύσσει,
   Σοὶ δ' ΙΣ, ΟΥΤ' ἀτενὴς ΟΨΙΣ, ἔνεστι ΛΙΟΣ,
Σοί τ' ἰδέη Μούσῃσιν, ἐϋφροσύνῃ τε γελώσης,
   Καὶ χάρις εὐεπίης ἡδυτέρη χαρίτων.

## ΦΡΑΓΚΙΣΚΟΣ Ο ΜΟΣΧΟΣ.

ΚΟΣΜΟΣ ΓΡΑΦΙΣ, ΟΚΧΟΣ.

Αἰθέρος ἀμφαίνων τρίβον ἔμφρονα στέρνα χαράσσεις
   Ἀκροτάτῃ γλώσσης ὀξυτέρῳ γραφίδι,
Ὀξυτέρῳ γραφίδι γλώσσης κελαδήποδος, ἀκμὴν
   Ἄορος ἀμφιτόμου πᾶσαν ἀμευσομένῃ.
Καὶ πάλι Μουσάων ἀναβὰς ὠκύπτερον ὄχον
   Τοξεύεις ὕμνοις ἀμβροσίων ἐπέων.
Ὡς ἄρα τοι ΚΟΣΜΟΣ τελέθει ΓΡΑΦΙΣ, ἠδὲ καὶ ΟΚΧΟΣ,
   Θέσπια παρφαμένῳ, θέσπια μελπομένῳ.

## ΕΙΣ ΑΝΔΡΕΙΑΝ ΟΙΟΝ.

ΑΝΔΡΕΙΑΣ ΟΙΟΣ.

ΟΙ' ΑΔΡΑΝΕΟΣ ΙΣ;

Ψυχῆς ἀνδρείη ἐστὶ συνήορος, ἐστὶ δὲ χρωτὸς
   Ἀδρανίη, χόρτῳ νώκαρ ἐειδομένη.
Σοὶ δ' ἐπεὶ κλήδην χόρτος τε καὶ ἀνδρείη ἶσον,
   Οἵ ἂν ἔη καὶ ΙΣ ἀνέρος ΑΔΡΑΝΕΟΣ;





*Speſq; metuſq; omnes, fallacia gaudia, luctus*
   *Obteris, & pedibus ſubijcienda doces.*
*Moribus at blandis quantum mens effera cedit,*
   *Herculeus tantum nunc tibi cedit honos.*
*Namque Leoninum truculentior ille tuetur:*
   *Vis tibi, non viſus,* IVSTE, *Leonis ineſt.*
*Forma ſuauis ineſt, doctisq; exculta Camœnis,*
   *Et Charitum grato gratior ore lepos.*

## FRANCISCVS MOSCHVS.

Decori [eſt] ſtylus [&] currus.

ÆTHERIOS *pandens aditus, intenta piorum*
   *Corda feris linguæ perfodiente ſtylo,*
*Perfodiente ſtylo linguæ reſonantis, acumen*
   *Ancipitis ferri qui ſuperare queat.*
*Rurſus & inuectus Muſarum præpete curru,*
   *Dulcibus eiaculas carmina myſta modis.*
*Sic decori ſtylus ipſe tibi eſt, decori tibi currus,*
   *Seu pia ſacra doces, ſeu pia ſacra canis.*

## IN ANDREAM HOIVM.

ANDREAS HOIVS.

Qualis eſt inualidi vis?

*Virtus eſt animi comes, eſt ignauia tarda*
   *Corporis: & fœni corpus ad inſtar hebet.*
*At tibi virtuti fœnum cùm nomen adæquet,*
   *O quæ & quanta viri vis erit inualidi.*

# ΕΙΣ ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ
τραγῳδίας.

ΑΝΔΡΕΙΑΣ ΟΙΟΣ.

ΕΟΣ ΟΙ ΑΝΔΡΙΑΣ.

Σῆς ἀνδριαντοποιοῦ
Τέχνης ἀὼν μεγήνωρ.
Εος γὰρ ΑΝΔΡΙΑΣ ΟΙ
Ου βαθμίδων ἐπ' αὐτῶν
Ελιννύει πεπηγώς,
Πόντον δὲ καὶ κατ' αἶαν
Ο μὲν δραμὼν ἄηται:
Ο δ' ὕστερον φορεῖται
Πτερῶν ἀκμῇ πεποιθώς.
Τὰ δ' ἐστὶ γαυριῶντος
Τράγου κράτιστ' ἀοιδή,
Καὶ εἴ τι προστορνεύεις,
Ο παρμένοι κεν ἀνδρῶν
Ποτηνὸν ἀμφὶ γλώσσαις.

## ΕΙΣ ΤΑ ΤΟΥ ΠΙΒΡΑΚΙΟΥ ΤΕΤΡΑστιχα, ὑπὸ Γολιέλμου Σουδωρίου ῥωμαϊστὶ ἐν ἔπεσι μεθερμηνευθέντα.

ΓΟΛΙΕΛΜΟΣ ΣΟΥΔΩΡΙΟΣ.

ΕΛΛΟΓΙΜΟΣ ΣΟΥ Ο ΙΔΡΩΣ.

Ου κῦδος ἄτερ ἱδρῶτος ἐπήρατον, οὐδ' ἄτερ ἱδρῶτος
Κῦδος, ὁ δ' ἐγκύρσας ἀμφοτέροισι μάκαρ.
Ως σύ γε, τῶτ' ἱδρῶτος καὶ κῦδος Πίβρακος αὐδὴ
Ωρσεν. ὁ μὲν ΙΔΡΩΣ ΣΟΥ πέλει ΕΛΛΟΓΙΜΟΣ.





# IN EIVSDEM TRAGOEDIAS.

ANDREAS HOIVS.

Sua eſt ei ſtatua.

DVCENTIS *ora vis eſt*
*Artis tuæ ſuperba.*
*Oſcilla nam ſua illi*
*Immota non inhærent*
*Baſi in tenaciore:*
*Sed alterum volatu*
*Terra mariq; fertur.*
*Mox alterum feretur*
*Pennæ vigore nixum.*
*Hæc ſunt, procacioris*
*Hirci potens Camœna:*
*Et ſi quid allaboras*
*Torno, quod vſque viuat*
*Volans virûm per ora.*

## IN PIBRACII TETRASTICHA A GVLIELMO SVDORIO Latinis verſibus expreſſa.

GVLIELMVS SVDORIVS.

Clarus [ eſt ] tuus ſudor.

NEC *ſudor ſine laude placet, ſudoris & expers*
*Sordet honos: felix, quiſquis vtrunque tulit.*
*Vt tu ſudorem cui Pibraca Muſa decusq;*
*Excitat: hinc ſudor claret vbique tuus.*

## ΣΙΜΩΝ ΩΓΕΡΙΟΣ.

ΩΜΙΝΩΣ ΕΡΓΟΙΣ.

Ω ΜΙΝΩΣ ΕΡΓΟΙΣ! σοὶ κάλπιδα καὶ θρόνον εἶξε
Κρήσιος, ἰθῦναι τοῖς ἐνέροισι δίκας.
Σχέτλιος ὃν σκολόεσσαν ἐπέμψαο τάρταρον ὄρφνην,
Ὄλβιος ὃν τ' ἄλσει νάσσας ἐν ἠλυσίῳ.

## ΓΟΛΙΕΛΜΟΣ ΟΥΑΡΛΙΓΚΟΥΡΙΟΣ.

ΜΕΛΙ ΚΑΙ ΛΙΓΥΡΟΣ ΡΟΟΣ ΛΟΓΟΥ.

Σεμνὰ μὲν ἀείδοντος ἐπισμαραγεῖ σέο Μοῦσα,
Χειμάρρῳ ποταμῷ ἶσον ἀπορνυμένη.
Φαῦλα δὲ μηδομένου χεύει μελίκομπον ἔερσην.
Ὡς ΜΕΛΙ τοι, ΛΙΓΥΡΟΣ ΚΑΙ ΡΟΟΣ ἐστὶ ΛΟΓΟΥ.

## ΓΥΙΣΛΕΜΟΣ ΚΛΥΤΙΟΣ.

ΚΛΥΤΙΟΣ ΣΥ ΓΕ ΛΙΝΟΣ.

Εἰ βαρὺ νεῖκος ἄγεις, πατραδελφεὸν εὐθὺς ἔειπεν
Ἕκτωρ σὲ ΚΛΥΤΙΟΝ Λαομεδοντιάδην.
Εἰ δὲ λύρην ἐλέλιξας ἀγαφθέγκτησιν ἀοιδῆς,
Αἶψα ΛΙΝΟΣ λιγυρὴν φαίνεαι ἔμμεν ὄπα.
Ὡς ἐπεὶ Ἀπόλλωνι βίην ἐκέρασσας Ἄρηος,
Ῥεῖα ΣΥ ΓΕ ΚΛΥΤΙΟΣ, καὶ ΛΙΝΟΣ ἄμμιν ἔῃς.





## SIMON OGERIVS.

O Minos factis.

*O Minos factis! ſedem tibi ceſſit & vrnam*
*Creſſius, vt caſſis lumine iura dares.*
*Infelix, quem tartarea caligine damnas:*
*Felix, Elyſio quem ſtatuis nemore.*

## GVLIELMVS WARLINCVRIVS.

Mel & rapidum flumen orationis.

*Grandia ſi cantas, magno tua Muſa ſonore,*
*Flumen vt hibernum, præcipitata ruit.*
*Sin labor in tenui eſt, manat rorantia mella.*
*Sic tibi mel, rapidum flumen & eloquij eſt.*

## GVISLENVS CLYTIVS.

Tu Clytius & Linus es.

*Prælia ſi miſces, patruum ſibi vindicat Hector*
*Te Clytium, Phrygio Laomedonte ſatum.*
*Sin citharam pulſas, & dulcia carmina condis,*
*Tu Linus arguta diceris eſſe Chely.*
*Sic, rigidum quoniam moderaris Apolline Martem;*
*Tu Clytius nobis, tu Linus eſſe potes.*

## ΙΩΑΝΝΗΣ ΜΟΡΕΛΙΟΣ.

ΣΑΝ ΙΩΗΝ ΜΕΛΙΡΟΟΣ.

ΜΕΛΗ ΣΑΩΝ ΟΡΟΙΣΙΝ.

Ἀμφότερον, μελώπις τ' ἀγαθὸς, λαμπρὸς τ' ἰητὴς,
Ἔργμασιν ἁρμόδιον κλήσιος αἶσαν ἔχεις.
ΣΑΝ τε γὰρ ἀείδωνγε ΜΕΛΙΡΟΟΣ ἔσκες ΙΩΗΝ,
Νωθρὰ ΜΕΛΗ τε ΣΑΩΝ εἶρξας ΟΡΟΙΣΙΝ ἄχος.
Ὡς ἔχοι, ὦ Ἀπόλλωνι φίλον κάρος, ἐσθλά τε νείμαις
Φάρμακα νουσαλέοις, ἄσματα ῥωμαλέοις.

## ΕΙΣ ΙΩΑΝΝΗΝ ΜΟΥΤΩΝΙΟΝ,

φαρμακοπώλην ἐξοχώτατον.

ΙΩΑΝΝΗΣ ΜΟΥΤΩΝΙΟΣ.

ΝΟΜΩΙ ΝΟΥΣΩΝ ΙΑΤΗΣ.

Ἰατὴς νούσων νομῷ, οὐ νόμῳ εὔχομαι εἶναι.
Οὔτε νομίζω γὰρ φάρμακον, ἀλλὰ νέμω.

## FEDERICVS IAMOTIVS.

I, TVERE FIDVS AMICOS.

QVID *moras nectis Federice? quid ſtas?*
*Parce nunc curis, volucrique vectus*
*Pegaſo ſacram pete Pegaſeij*
*Gurgitis vndam.*

** Moſ-*



## IOANNES MORELIVS.

Tua voce melliſluus.

Membra ſanans præſcriptis.

NOBILIS *& vates, medica ſpectatus & arte,*
*Conueniens factis, nominis omen habes:*
*Melliſluus nam voce tua es, dum carmina pangis;*
*Ægráque præſcriptis membra dolore leuas.*
*Sic eat, ô carum Phœbo caput, & bona prome*
*Pharmaca languidulis, carmina forticulis.*

## IN IOANNEM MVTONIVM

Pharmacopolam præſtantiſſimum.

IOANNES MVTONIVS.

Promtu [remedij] morborum medicus.

ME *remedî promtu iacto, non lege mederi:*
*Nam neq; præſcribo pharmaca, promo modo.*

* *Moſchus inuitat; trahit ore docto*
*Hoius: inuerſum ſimul huc in omen*
*Te tuum nomen vocat*, I, TVERE
FIDVS AMICOS.

IN

# ΕΙΣ ΤΟΝ ΣΟΦΩΤΑΤΟΝ ΑΝΔΡΑ

Αἰγίδιον τὸν Σκώνδογχον, τὸν ἐκ τῆς ἑταιρείας τοῦ ΙΗΣΟΥ.

ΑΙΓΙΔΙΟΣ Ο ΣΚΩΝΔΟΓΧΟΣ.

ΔΙΟΣ ΑΙΓΙΣ ΟΓΚΩΝ ΔΟΧΟΣ.

Φαντὶ Μεδουσαίην Διὸς αἰγίδα πρόσθεν ἰδόντας
Λᾶαν ἐφεσσαμένους φριξέμεναι μέροπας.
Οὐχ οὕτω Διὸς ἡμετέρου σέο μηνύσαντος
Ταρβαλέην ποιναῖς αἰγίδα δερκόμενοι.
Οὐ γὰρ ἀκίνητοι Μαρπήσιος ἠΰτε πέτρος,
Οὐ τάφον ἔμπληκτοι, ῥιγεδανοί τε κόμας.
Η δὲ πέλει ΔΙΟΣ ΑΙΓΙΣ ἐποξυτάτων ΔΟΧΟΣ ΟΓΚΩΝ,
Κνιζόντων ἀργοῖς ἀνδράσι νωχελίην.
Αἰγίδα τὴν ἐνέπεις τελέθει χόλος Ὑψιμέδοντος,
Ὃν θαμὰ κηρύσσεις πλειστοβρότοις ἀγοραῖς.
Ὄγκοι δ᾽ εὐεπίη θελξίφρονος ἔπλετο γλώσσης,
Ἧι τοὺς ἀμαρτινόους ἐς μετάνοιαν ἄγεις.

# ΕΙΣ ΝΙΚΟΛΑΟΝ ΟΥΑΛΛΙΟΝ,

νομικὸν ὀξυδερκέστατον.

ΝΙΚΟΛΑΟΣ ΟΥΑΛΛΙΟΣ:

ΝΑΙ Ο ΛΟΥΚΙΟΣ ΑΛΛΟΣ.

Ὡς νόμον ἀμφαίνεις ὦ Λούκιον αἰόλα φαντὶ
Τάγματα κληρονόμων πρόσθε καθεσάμεναι,
Ὥς᾽ ἂν ἔῃ ζώων, δνοφερῇ τ᾽, οὐ νυκτὶ καλυφθεὶς,
Οὐχ ἑτέρως φρονέειν Λούκιος αὐτὸς ἔφη.
Ὡὐτὸς ἐπεὶ νόος ἀμφοτέροις, ΝΑΙ Ο ΛΟΥΚΙΟΣ ΑΛΛΟΣ
Τύνη, ὅδ᾽ αὖθ᾽ ἡμῖν Οὐάλλιος ἄλλος ἔοι.





# IN DOCTISSIMVM VIRVM ÆGIDIVM SCONDONCHVM, Societatis Ieſu.

ÆGIDIVS SCONDONCHVS.

Iouis ægis ſpiculorum particeps.

FAMA *eſt Gorgonea quondam Iouis ægide viſa,*
*In ſilicem verſos obriguiſſe homines.*
*Non ita, qui noſtri Iouis ægida, te indice, cernunt*
*Terrificam pœnæ ſuppliciique minis.*
*Quippe nec immoti, tanquam Marpeſia cautes,*
*Nec rigidis hebetes obſtupuere comis.*
*Hæc Iouis ægis habet peracuto ſpicula morſu,*
*Quæ fodiunt ſenſus, quos ſtupor vrget iners.*
*Ægida quam monſtras, diuini Numinis ira eſt,*
*Quam celebri cœtu præco ſubinde citas.*
*Spicula, flexanimæ lepor & facundia linguæ,*
*Quæ vetera exoſos ad noua facta vocas.*

# IN NICOLAVM VALLIVM IVRISCONSVLTVM PERSPICACISS.

NICOLAVS VALLIVS.

Næ Lucius alter.

SIC *legem enodas, fertur qua Lucius olim*
*Hæredum varios inſtituiſſe gradus:*
*Vt ſi viuat adhuc, nec cæca nocte tegatur,*
*Se ſentire aliter Lucius ipſe neget.*
*Mens vtriq; eadem cùm ſit, Næ Lucius alter*
*Tu mihi, at hic contra Vallius alter erit.*

# ΕΙΣ ΙΑΚΩΒΟΝ ΒΛΑΣΑΙΟΝ
Ἐκκλησιαστὴν λογιώτατον.

ΙΑΚΩΒΟΣ ΒΛΑΣΑΙΟΣ.

ΒΟΑΑΙ ΒΟΑΣ ΩΣ ΑΚΙΣ.

Οὐ πολιᾷ γλωχῖνι βεβλὼς τόσον ἄψεα τρώσεν
　Ἰος ἀνικάτου χειρὸς ἀπορνύμενος,
Ὅσον ἐπὴν σέθεν ὀμφὰ ἐς ἀνέρος οὔατα δυνῇ
　Ὀξυτόρῳ κελάδῳ στέρνα δαμεῦσα θένει,
Εἴτ᾽ ἀγανοῖς ἀγανόν τε Θεὸν, μαλακόν τε τοκῆα,
　Εἴτε κακοῖς τραχὺν ταρβαλέον τ᾽ ἐνέπεις.
Αἴκε μὲν ὧν οἰωνὸν ἀναγράπτοιο μαθύης
　Κλήσιος, ἄγε ΒΟΑΣ ΩΣ ΑΚΙΣ ἐντὶ ΒΟΛΑΙ.

# ΕΙΣ ΑΝΤΩΝΙΟΝ ΜΕΙΕΡΟΝ
τὸν Ἀτρεβαταῖον Γυμνασιάρχην.

ΑΝΤΩΝΙΟΣ ΜΕΙΕΡΟΣ.

ΣΟΙΤΕ ΜΩΣΑΝ ΙΕΡΟΝ.

Καὶ σύ κεν ἁμετέροισι φαλίξεαι ὀψέπες ὕμνοις
　Μέιερε, φοιβαίων ἄξιος εὐλογιῶν,
Εἴτε φρενῶν ἰδέμεν γόνον αἰόλον ἁδέα τέρψις,
　Εἴτε δοθέντα χρόνον Ῥιγιακαῖσι σχολαῖς.
Σαῖς ὅθεν εἰνεσίαισιν, ἀκοιμήτῳ τε μερίμνᾳ,
　Λαμπρελάτων ἀνδρῶν στόλος ἔβλασε χορός.
ΣΟΙΤΕ μὲν ὧν ΜΩΣΑΝ ΙΕΡΟΝ θέτο πολύσοφος ἴλα
　Βελγῶν ἀδυλόγων μαρμαρέοισι λίθοις,
Καὶ παρίοις λιθάκεσσιν ἐπέγραφεν ἔξοχον αὐδὴν,
　Μέιερος Ἀονίου πληθύος ἀγλαΐα.





# IN IACOBVM BLASÆVM
Eccleſiaſten diſertiſſimum.

IACOBVS BLASÆVS.

Impetus vocis vt telum.

*Non ita mortales artus mucrone coruſco*
　*Vulnerat, inuicta torta ſagitta manu,*
*Vt tua vox, Blaſæ, ſimul peruenit ad aures,*
　*Perterebrante ſono ſaucia corda ferit:*
*Seu placidis placidumq́; Deum, facilemq́; Parentem,*
　*Siue malis aſprum, terrificumq́; doces.*
*Ergo tui inuerſum ſi quæres nominis omen,*
　*Impete, ceu telum, vis tibi vocis erit.*

# IN ANTONIVM MEIERVM
Atrebatenſis Gymnaſij Moderatorem.

ANTONIVS MEIERVS.

Tibi quoque Muſarum templum.

TV *quoque carminibus tandem memorabere noſtris*
　*Meiere, Phœbeo dignus honore frui.*
*Seu iuuat ingenij varios expendere fœtus:*
　*Seu data Rigiacæ tempora longa Scholæ.*
*Vnde tot, auſpiciiſq́; tuis vigilique labore,*
　*Laudibus illuſtres emicuere viri.*
*Ergo tibi quoque Muſarum de marmore templum*
　*Belgiaci ponunt turba diſerta ſophi.*
*Et Pario inſcribunt lapidi memorabile carmen,*
　*Meierus Aonij gloria rara gregis.*

# ΕΙΣ ΧΑΛΚΟΤΥΠΗΝ

ΕΙΔΟΣ ΠΙΝΔΑΡΙΚΟΝ,

ΙΩΑΝΝΗι ΜΟΡΗΤΩι

Τυπογράφῳ.

Στροφὴ α κώλων ια.

Εθελω, νέκταρ χυτὸν,
Δίρκας δόσιν, ἀκροσόφῳ
Τ' ἀνδρὶ, καὶ φίλῳ προπίνων,
Ευκλεῶν Μοισᾶν πτεροῖς
Νεωτέραν νύμφαν ἀείρειν,
Εμφρονα χαλκοτύπαν.
Ωδῖσι γὰρ ἐν διδύμαις
Μυδροκτύπου πάλαι Αφαίστου τυχοῖσα
Δαιδαλέων λεχέων
Διδύμαν ἀκτῖνα κουρᾶν
Οι τέκε πότνα Καμινώ.

Αντιστροφὴ κώλων ια.

Ιδέας ἴσα χάρις
Αμφοῖν, καὶ ἰσώνυμος ἦν
Κλῆσις, οὐ γενεᾶς ὁμοῖον
Αμαρ, οὔτι μαχανὰ
Χερῶν. κασιγνήτας γὰρ ἄλλας
Αγε μὲν ὁπλοτέρα,
Κεῖνα δὲ παλαιοτέρα
Μυρίον ἔσκε χρόνον. τῷ καὶ σφὶν ἴσος
Οὐ πόνος, ἀλλὰ καθ' ἁ-
λικίαν ἀμφοῖν ἐοικό-
τα σφίσιν ἔργα μεμάλει.

Επωδὸς



# IN CHALCOTYPEN

CARMEN PINDARICVM,

AD IOANNEM MORETVM

TYPOGRAPHVM.

## Strophe I. Colon II.

*VOLO,[a] nectar liquidum, donum Dirces, ſummè docto & amico viro propinans, illuſtrium Muſarum [b] alis extollere prudentem nympham, videlicet Chalcotypen iuniorem. Duplici enim partu, veneranda Camino, potita quondam artificioſo cubili Vulcani [c] candentes ſtricturas tundentis, peperit ei duarum filiarum [d] ſplendorem.*

a Suauem hymnum Pindaricum donans.

b Sublimi carmine in cælum tollere.

c Fabri ærarij.

d Duas illuſtres filias.

## Antiſtrophe Colon II.

*Par erat vtrique forma gratia, & cognominis appellatio, non idem dies natalis, neque eadem ars manuum. Hæc enim altera illa ſorore iunior, illa verò hac ſenior erat infinito tempore. Proinde nec par vtrique labor, ſed pro ætate vtriuſque, conuenientia illis facta cura erant.*

 Epodus

Ἐπῳδὸς κῶλ. ιγ.

Ἀμφότεραι μὲν ὁμῶς
Αἰθοῖσί τε καὶ ψολοέντεσσι καμί-
νοις ἐφίζοισαι μεθεῖπον
Πατρὸς ἀγακλέα τέχναν,
Πολιόν τε τυπεῖν
Χαλκὸν ἀτειρέα, πυκνά τε τεύ-
χειν ἔργματα χειρωναρδῶν
Τεκτόνων. τούκων ἔκληθεν
Τοῦτ' ὄνυμ' ἀθανάτων
Πατέρος ἀγαυοῦ Χαλκοτύπαι. μελέτη
Δ' ἀνόμοιοι παλαμῶν
Σφίσιν ἔσσεν. πρέσβα γὰρ
Ὅπλα δαιδάλλοισα, καὶ τραχεῖαν αἰχμὰν

Στροφὴ β. κῶλ. ια.

Ἀγερώχων ἐγχέων,
Θουρόν τε, καὶ ἀσπίδα, καὶ
Στεῤῥὸν αἰχματᾶν χιτῶνα
Χαλκοχάρμαν, ἔντυεν
Ἀνδρῶν μαχατὰν θυμὸν ἀμφέ-
πειν ὅμαδον πολέμου
Χαλκεντέος· ἁ δὲ νέα
Κουφοτέραις ὑποκουρίζεθ' ἁμίλλαις
Πρόσφορος ἢ πραπίδεσ-
σιν ἀταρβάκτοισι φερομέ-
νειν κρυόεσσαν αὐτὰν,

Ἀντι-



Epodus Colon 13.

*Utraque pariter ardentibus & fuliginoſis caminis aſsidentes, exercebant inſignem artem patris, tundendo ære ſplendido & rigido, variiſque ſtruendis operibus fabrorum manibus compingentium. Jtaque vocatæ ſunt hoc immortali nomine præclari Patris Chalcotypæ. Sed diſsimilis erat ipſis manuum exercitatio. Nam maior natu arma fabricans, & aſperam cuſpidem*

Strophe 2. Colon 11.

*Superbarum haſtarum, & clypeum, & ſcutum, durámque bellatorum loricam ære gaudentem, incitabat pugnacem animum virorum [e] ad amplectendum ſtrepitum belli ære vtentis. Minor autem leuioribus ludere dimicationibus aptior, quàm pectore intrepido ſuſtinere horrendum prælium.*

[e] Ad committendum prœlium.

Anti-

Ἀντιστροφὴ κῶλ. ια.

Πυκινῶν ἔργων τέρας
Ἔκπαγλον ἄθυρε χεροῖν.
Ἔλσε γὰρ τῶν ἐκ μολύβδου
Μυρίων ἴλαν ἐπι-
μακέων ἀκρογλύπτων τε πεσσῶν,
Πλευρὰ φαινομένων
Ἐξ. τῶν ἐπισειομένων
Ἀστραγάλοιο δίκην ἁβραῖσι χερσὶν,
Καὶ διακεκριμένων
Στίχες εὐξέστοισιν ἔφρισ-
σον ξυλίναις ἐπὶ πλαξὶν,

Ἐπῳδὸς κώλων ιγ.

Οἷά περ εὐθυμάχου
Ἀνδρῶν στρατὸς ἄπλετος ἐγχείαισι φρισ-
σων. ἐπεὶ μὲν ταξίωθεν
Ἂν ἀνὰ τάξιν ἕκαστοι,
Τότε δὴ τότε τῶν
Μαρναμένων σαφὲς εἶπε τὸ τέκ-
μαρ, χερσὶν ἀριστοπόνοις
Ἄντα τυπτόντων ἅμα καὶ
Τυπτομένων. ῥέε δ'
Τόκα μὲν ἀπ' ὠτειλῶν μέλαν αἷμα σφὶ, τό-
κα δ' παμπόρφυρον, εἵ-
ματα ῥαῖνον, καὶ χέρας
Ὀβρίμοις ἀνδρῶν, ἀμώμητόν τε χαίταν,





Antiſtrophe Colon 11.

*Ingenioſorum operum prodigia ſtupenda luſitabat manibus: coegit enim infinitam multitudinem talorum plumbeorum, oblongorum, ſummaq; ſuperficie inſculptorum, & latera ſex oſtendentium. Quorum verſatorum manibus teneris, inſtar Aſtragali, & ſelectorum ordines, horrebant in tabulis ligneis benè politis,*

Fpodus. Colon 13.

*Ut ingens exercitus virorum cominus prælıantium horrere ſolet haſtis. Poſtquam autem in acie ſteterunt ſuo quique ordine, tum verò, tum manifeſtum ſignum apparebat pugnantium, manibus operoſis cominus ictus inferentium ſimul & excipientium. Fluebat autem iis ſanguis è vulneribus partim niger, partim omnino purpureus, reſpergens veſtes, & ſtrenuas manus virorum, & eximiam cæſariem.*

Στροφὴ γ. Κώλ. ια.

Βροτολοιγῶν Ἄρεος
Οἷα στρατιῶν ἔπελ' αἰ-
εὶ πόνοις. οὐ μὴν ἐπακτὸν
Ἔσχεν αὐάταν χρέος,
Ἀλλ' ἦν σιδηρείων ἀγώνων
Ἀβλαβὲς ἀντίτυπον.
Λίαν δὲ σαφῶς ἰδέμεν
Εὐμαρὲς ἦν ἅμα πρόσσω τ' ὀπίσσω
Στίγματα τραυματιῶν,
Ἀνά τε γνῶναι τὰ καὶ τὰ,
Πράγματα φαῦλα καὶ ἐσθλά

Ἀντιστροφὴ κώλ. ια.

Μερόπων παμποικίλων.
Ἦ θαῦμα τὰ πολλά. δεδαι-
δαλμέναι καίπερ μελιγδού-
ποις ἀοιδαῖς εὐκλέες
Ἀλκαὶ σκότον χαλκοτύπας ἔ-
χοντι πολλοῦ δεόμε-
ναι, μνάμονες οἱ δὲ βροτοὶ
Ὅτι ῥοαῖσι ζυγὸν Μοισῶν γέγραπται
Χαλκελάτοισι τύποις.
Ἔτι μὲν πνείοντα γᾶν τε
Καὶ κατὰ πόντον ἀῆται

Ἐπῳδὸς κώλ. ιγ.

Μαρτύρια φθιμένων
Ζώντων τε σοφῶν, ὅσα Πλαντίνου τέχναις

Ἦλθε



## Strophe 3 Colon 11.

*Qualia ferè accidere ſolent in [f] laboribus exercituum Martis, perniciem mortalibus afferentium. Nihil tamen detrimenti res ipſa inferebat. Sed erat innoxia imago ferreorum certaminum. Porrò admodum facile erat apertè cernere, à fronte & à tergo ſtigmata vulneratorum, & legere hæc & illa, id eſt, proba & improba facta*

[f] In præliis.

## Antiſtrophe Colon 11.

*diuerſorum hominum. Enimuerò multa ſunt admiratione digna, vel egregiæ virtutes, quantumuis ornatæ melliſonis carminibus, denſis tenebris circumfunduntur, ſi chalcotype careant. [g] contraque memores ſunt homines eius rei, quæ [h] fluentis Muſarum iuncta, typis æreis inſculpta eſt. Adhuc ſpirantia terra mariq́ volitant*

[g] Doctorum virorum ſcripta memoriæ ſempiternæ cõſecrat & commendat ars typographica.
[h] Ab eruditis poetis carmine celebrata.

## Epodus. Colon 13.

*tum viuorum, tum mortuorum ſophorum monimenta, quæcunque Plantini arte*



*prodie-*

Ηλθε θαητὸν ἐς αἴγλαν.
Ου φθίνει, οὔτε τυφλοῦται
Λογίων, καὶ ἀοι-
δῶν πόνος, ἀλλὰ μόερθυ ἄμοερθι
Ζώοντι χαρασσόμεναι
Τᾷ τεᾷ λινοῷ Μόρητε
Μουσόπολοι σελίδες.
Μάκαρ ἔγε Σκώνδογχος, κορυφὰν σοφίας
Απ' ἄκρας ὅς κε δρέπων,
Σφετέρῳ μόχθῳ λάχοι
Φερτάταν αὐχὰν, καλῶν ἔργων ἄωτον.

**ΤΕΛΟΣ.**



*prodierunt in lucem admirandam. Non perit, neque cæcis tenebris inuoluitur oratorum & poëtarum labor: Sed mortis exortes viuunt, impreſſæ tuo prælo, Morete, paginæ Muſis exculta. Felix Scondonchus, decerpens cacumen è ſumma ſapientia; qui tuo labore, ampliſſimam gloriam, rerum præclarè geſtarum præmium, conſequetur.*

**FINIS.**

Errata ſic corrige Lector.

*Pag.2.ver.7.lege* ΑΙΧΜΑΝ ΔΩ:
4. 1. *lege* ἀγάνοισι
4. 6. *lege* θαρσεύντων
10. 22. *lege* ἀλάπαξεν
18. 22. *lege* δολιχοῖσι
19. 27. *lege* genens, *progignens.*

*Pag 21.ver.6. lege* rugitur
52. 25. *lege* ἀπυζομένων
58. 5 *lege* delata
76. 20. *lege* κρίσιν
121. 14. *lege* miſta
124. 12. *lege* ΓΥΙΣΛΕΝΟΣ.

### APPROBATIO.

In *his Federici Iamotij Medici Poematibus Græcis atque Latinis diligenter elaboratis, quod S. Rom. Eccleſiæ, Cath. religioni, vel bonis moribus, vel Regiæ Maieſtati contrarium eſt, inueni nihil: & propter carminum elegantiam & vtilitatem digna videntur, quæ imprimantur, & à ſtudioſis legantur. Datum Antuerpiæ anno, 1592. 13. calend. Iulij.*

D. Henricus Sibertus Dunghæus, Sacræ Theologiæ Doctor, Cathedralis Eccleſiæ B. Mariæ Virg. Canonicus, lib. Cenſor.

### SVMMA PRIVILEGII.

Regis priuilegio cautum eſt, ne quis citra voluntatem Ioannis Moreti, Typographi Antuerpienſis, librum cui titulus eſt, *Federici Iamotij Medici Bethunienſis varia Poemata Græca & Latina*, intra ſexennium vllo modo imprimat, aut alibi impreſſum in ſuas ditiones importet, venalémve habeat. Qui ſecus faxit, præter librorum omnium aliter quàm ex dicti Moreti voluntate impreſſorum confiſcationem, pœna triginta ſex florenorum quotieſcumque id fecerit, multabitur: vt latiùs patet in ipſo diplomate dato Bruxellæ, XXIX. Iulij, M.D.XCII.

Signat.

*J. De Buſchere.*

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA